JO. CHRISTIANI BIEL
PAST. AD D. ULRIC. ET JOH.
BRUNSUIC.

EXERCITATIO
DE
LIGNIS EX LIBANO
AD TEMPLUM HIEROSOLYMITANUM ÆDIFICANDUM PETITIS.


Qua per ligna illa 2 Paral. II, 8. cedrina, cupressina, & pinea intelligenda esse, ostenditur, typus illorum exponitur, eaque occasione multa alia e sacris ac profanis monumentis explicantur & illustrantur.

Accedunt

SPECIMINA
NOVI THESAURI PHILOLOGICI
SIVE
LEXICI IN LXX. ET ALIOS INTERPRETES, ET SCRIPTORES APOCRYPHOS V. T.
CUM INDICIBUS NECESSARIIS.

BRUNSUIGÆ MDCCXL.
SUMTIBUS B. SCHROEDERI VIDUÆ.


BIBLIOTHEK



PRÆFATIO.

BENEVOLO LECTORI S.



Veneror divinam providentiam, quæ non ſolum inæſtimabilem ſacrarum literarum theſaurum, ſed multos alios etiam veteris ævi ſcriptores, tanquam præclara adminicula ad illas eo melius intelligendas, nobis ſervavit. Ex profanis enim veterum Scriptorum, Græcorum præſertim, monumentis divina oracula, ſive voces, ſive res ipſas ſpectemus, magnam ſæpe lucem poſſe accipere, diu eſt, quod Eruditiſſimi Viri intellexerint, & exemplis quam plurimis demonſtrarint. Hinc ipſe olim permotus tempus aliquod legendis antiquis gentilium ſcriptis inſumſi, & fructum, quem alii inde habuerunt, facile percepi. Varia enim obſervavi, quæ partim aliorum Scripturæ Sacræ interpretum explicationes multum confirmarunt, partim etiam oſtenderunt, nondum omnia vidiſſe omnes, & haut pauca ſupereſſe, quæ nondum ſatis aliis declarata, imo minus recte etiam expoſita ſint.

Hinc enata etiam *EXERCITATIO DE LIGNIS EX LIBANO AD TEMPLUM HIEROSOLYMITANUM ÆDIFICANDUM PETITIS*, quam, licet diu literis conſignatam, tamen nunc demum in publicum proferre licet. Diviſi illam in duas Sectiones, quarum *priori* variis argumentis oſten-

do, quod 2. Paral. II, 8. עצי ארזים ברושים ואלגומים sint *ligna cedrina*, *cupressina & pinea*, *posteriori* vero typum, in lignis illis latentem, expono. Eaque occasione תדהר Hebræis esse *pinum*, תאשור *cedrum*, עץ שמן *lignum pineum*. שטים *cedros*, declarare, imo & plura alia e sacris & profanis monumentis loca explicare, & illustrare, annitor.

Cum jam in eo sim, ut *NOVUM THESAURUM PHILOLOGICUM*, sive *LEXICON IN LXX. ET ALIOS INTERPRETES, ET SCRIPTORES APOCRYPHOS* V. T. longe plenius & auctius, quam Cl. IO. ANDREAS KESLERUS in Appendice Criticæ Sacræ EDUARDI LEIGH, aliique B. FABRICIO Bibl. Græc. Vol. X. p. 94. sq. laudati, ediderunt, condam, illudque prelo fere paratum habeam, *SPECIMINA* quædam inde addere, visum est. In illo autem Lexico omnes voces apud dictos Interpretes & Scriptores Apocryphos V. T. occurrentes juxta literarum seriem exhibeo. Singulas autem initio quidem ita expono, ut primo statim obtutu appareat, quid significent, & quibus significationibus apud eosdem Interpretes & Scriptores veniant. Deinde, si voces, apud LXX. & alios Græcos V. T. Interpretes occurrentes, spectemus, Hebræas vel Chaldæas illis respondentes ad ductum Concordantiarum Trommianarum, ordine rursus Alphabetico, insero, & loca quædam, quibus occurrunt, & e quibus earundem significationes & structuræ perspici possunt, subjungo. Sique in Græcis vocibus quædam inveniantur, quibus Hebrææ vel Chaldææ non apud LXX. sed in *Aquilæ*, *Symmachi*, *Theodotionis*, & ceterorum Interpretum fragmentis tantum expressæ sunt, vel etiam, quæ in Scriptoribus Apocryphis alio significatu, vel alia constructione, quam apud Interpretes Græcos leguntur, loca eo spectantia in fine cujusque vocis addo. Inque illis, quæ in laudatorum Interpretum fragmentis reperiuntur, haut exiguo mihi usui fuit summi Viri, BERNARDI DE MONTFAUCON Lexicon Græco-Hebraicum, reliquiis Hexaplorum *ORIGENIS*, Paris. 1713. fol. editis, subjunctum, & ad calcem Concor-

cordantiarum Cl. TROMMII repetitum. Neque omitto loca, quibus nullas in textu authentico voces Græcis respondere deprehendi; præsertim si Græca vocabula alia ibi notione, quam in reliquis locis, usurpentur, vel ad confirmandam significationem vocum, alibi extantium, facere possint. Præterea multas voces & phrases, in subsidium adhibitis exteris scriptoribus, Glossariis item Græcis, tam editis, quam ineditis, antiquitatibus, imo & Philologis & Criticis præstantissimis, expono, & cum illis subinde confero voces & phrases, apud Scriptores Novi Fœderis occurrentes. Cumque inter Glossaria Græca HESYCHIUS magno mihi emolumento fuerit, Glossæ, quas inde sub titulo HESYCHII SACRI aliquando edere constitui, hic maximam partem comparebunt.

Minime autem Lexicon illud ex Concordantiis solummodo Trommianis, & aliis Lexicis Sacris, sed ex ipsis etiam præsertim Interpretibus Græcis, & Scriptoribus Apocryphis, cum studio quodam a me perlectis, me concinnasse, facile aliquis perspiciet, qui voces quasdam, vel in his Speciminibus extantes, cum Concordantiis laudatis, & aliis Lexicis Sacris contulerit. Sic e. c. quæ in v. ἴσος ex Job. 5, 14. 13, 28. 15. 16. 29, 14. it. Job. 11, 12. 13. 12. 28. 2. in λόγον ἔχω ex Tob. 5, 26. & 10, 14. in v. μετὰ ex Es. 52, 3. Prov. 24, 12. 1 Reg. 2, 28. 1. Par. 17, 2, Jud. 6, 12. 2 Reg. 7, 3. Deut. 31, 10. & in v. ὅτι ex Job. 23, 3. Psalm. 58, 8. Es. 49, 18. 3 Reg. 1, 13. Gen. 14, 23. 20, 2. Psalm. 36. 20. Jud. 1, 19 Es. 2, 6. Jud. 15, 3. 1 Reg. 2, 25. Psalm. 115, 1. Es. 10, 23. 1 Reg. 14, 39. Exod. 13, 17. 1 Paral. 17, 6. allata & citata sunt, in Concordantiis Trommianis & aliis Lexicis frustra quæruntur.

Quantum ad utilitatem hujus Lexici, illam nemo, credo, in dubium vocabit. Primo enim ad Alexandrinos, quorum versionem ad intelligendum textum Hebræum utilem imprimis, imo necessariam judicarunt Viri Eruditissimi, aliosque Interpretes Græcos, & scriptores Apocryphos V. T. explicandos & illustrandos haut parum faciet. Multumque aliquis de vocum significationibus, quibus illæ apud Græ-

cos Interpretes reperiuntur, confirmari poterit, ſi ſtatim ex hoc Lexico videre poſſit Hebræas & Chaldæas voces, quibus in textu authentico reſpondent. E. c. quod vox ἀγορὰ etiam *plateam*, λόγοι *prophetias*, νόμος *canticum*, ὅτι *certe, profecto, quare*, φωτίζω, *doceo*, ſignificent, de eo aliquis eo facilius perſuadebitur, ſi videat, quod ἀγορὰ aliquando Hebr. שוק & חוץ, λόγος נבואה, νόμος שיר, ὅτι אך, אכן, למה, φωτίζω הורה reſpondeat.

Deinde cum Novi fœderis Scriptoribus multa ex Græca Alexandrinorum V. T. verſione depromta, quin *omnia pene eorum verba & loquendi formulæ*, docente Cel. SCHWARTZIO not. ad OLEAR. de Stil. N. T. p. 294. *inde profecta ſint*, manifeſtum, quod e Lexico, in quo voces & phraſes Alexandrinorum Interpretum paulo curatius explicantur & illuſtrantur, Scriptores N. T. magnam lucem poſſint accipere. Illudque vel ex Speciminibus, quæ nunc in lucem prodeunt, jam haut obſcure apparere puto. Vide, ſi placet, quæ v. Ἑτοιμάζω ex Matth. 25, 34. v. Θόρυβος ex Marc. 5, 38. & Matth. 9, 23. v. Καταφέρω ex Luc. 6, 22. v. Λόγος ex 1 Theſſ. 4, 15. & Luc. 3, 4. in Λόγον ποιέομαι ex Act. 20, 24. v. Μετὰ ex Marc. 10, 30. v. Παραδίδωμι ex Rom. 1, 28. v. Νόμος ex Joh. 10, 34. 15, 25. v. Πρῶτος ex 1 Cor. 15, 3. v. Συγκλείω ex Rom. 11, 32. v. Συντελέω λόγον ex Rom. 9, 28. v. Τριετὴς ex Matth. 2, 16. v. Ὕαλος ex Apoc. 21, 18. 21. ſunt allegata.

Porro alii Theſauri Græcæ Linguæ, & Lexica tam ſacra, quam profana, magna augmenta inde poterunt capere, & Lexicon præſertim PASORIS, cujus noviſſima Editio, Cel. SCHOETGENIO procurata, Titulo *omnibus vocibus* LXX. *aliorumque Græcorum Interpretum Apocryphorum item* V. T. *aucta* perhibetur, aliquot centuriis vocum, longe pluribus autem earum ſignificationibus & phraſibus augeri poterit. Ut dictis aliquam fidem faciam, voces enarrabo, quæ in prima ſtatim litera Lexici illius deeſſe deprehendi. Sunt illæ numero 98. ſequentes: Ἃ ἆ. Ἀβαρά. Ἀγριολάχανα. Ἀγρώτης. Ἀισχύνωμα. Ἄκαν. Ἀκαριαῖος. Ἀκιδωτός. Ἀκλεής. Ἀκλεῶς. Ἄκμα. Ἀλλοτρίως.

τρίως. Ἅλμα. Ἀμερής. Ἀμνησικακία. Ἀμορίτης. Ἄμυλος. Ἀμυντήριον. Ἀνάγλυφον. Ἀνακτάομαι. Ἀνακυλίζω. Ἀναληπτήρ. Ἀνάλωσις. Ἀναμεταξύ. Ἀναπήγνυμι. Ἀναπίνω. Ἀναπνεύμασις. Ἀναῤῥέομαι. Ἀναῤῥοφέω. Ἀναστέλλομαι. Ἀνάφυσις. Ἀνδρείως. Ἀνδρίς. Ἀνδρωδῶς. Ἀνελεημόνως. Ἀνελεημοσύνη. Ἀνενδεής. Ἀνθράκινος. Ἀνιῶμαι. Ἀνομοιογενής. Ἄνταρσις. Ἀντιδιακείμενος. Ἀντιδίδωμι. Ἀντίθετος. Ἀντικαθίζω. Ἀντιπρόσωπος. Ἀντίῤῥησις. Ἀντισταθμίζομαι. Ἀντιστρέφω. Ἀντισχύω. Ἀξιοπρεπής. Ἀπαγγελία. Ἀπαδικέω. Ἀπαναισχυντέω. Ἀπαραιτήτως. Ἀπαυτομολέω. Ἀπειρημένος. Ἀπέχθεια. Ἀπέχθομαι. Ἀπεψία. Ἄπλετος. Ἀποβάλλομαι. Ἀποδύρομαι. Ἀποκέντησις. Ἀπολέγομαι. Ἀπόληγμα. Ἀπομιτρόω. Ἀπόμοιρα. Ἀπομοχθόω. Ἀποπαύω. Ἀποπετάζω. Ἀποπιάζω. Ἀπόρησις. Ἀποῤῥυέω. Ἀποσείομαι. Ἀποσκέπτομαι. Ἀποστέργω. Ἀποστρωννύω. Ἀποσυσκευάζω. Ἀποσχέω. Ἀποτυγχάνω. Ἄρμα. Ἁρμονία. Ἁρπῶμαι. Ἀρωματίζω. Ἀσέληνος. Ἀσθενῶς. Ἀσινής. Ἀσκοπυτίνη. Ἀσμενίζω. Ἀσπιδοφόρος. Ἄστεκτος. Ἀστραγάλειος. Ἀστραγαλωτός. Ἀτάρ. Ἀυτοφόρος. Ἄφημαι. Ἄχραντος.

Augeri etiam & emendari inde aliquando poterunt Concordantiæ Trommianæ, si denuo illas alicui edere visum fuerit.

Denique Glossaria Græca HESYCHII, SUIDÆ, aliorumque, tam edita quam inedita, magnam lucem, & in vocibus corruptis non raro medicinam inde accipient.

Quo vero instituti mei rationem paulo penitus aliquis introspicere, & de illa judicare possit, dicti Lexici Specimina quædam, & quidem ex singulis Alphabeti literis duas voces, hac occasione dare volui. Mirumque in modum & me, & alios, quorum usui idem Lexicon illud destinatum est, sibi obstrictos reddet, qui, si vel singulares observationes quasdam in voces & phrases Græcorum Interpretum, & Scriptorum Apocryphorum V. T. habeat, vel Glossas ineditas præter illas, quibus mihimetipsi jam uti licet, possideat, illas communicare mecum haut fuerit gravatus. Uti autem mihi jam licet Glossis e Lexicis duobus MStis CYRILLI. Alterum extat Oxonii in Bodlejana inter Codices Baroccianos hoc titulo: Λεξικὸν τοῦ ἁγίου Κυρίλλου Ἀλεξανδρείου, συντεθὲν παρὰ τοῦ κυρίου Ἀντωνίνου τοῦ Φιλοσόφου. Suntque illi adjectæ (1) Λέξεις τῶν Προφητῶν. (2) Λέξεις Ἰεζεκιὴλ τοῦ Προφήτου. (3) Ἐκ τοῦ Ἡσαΐου καὶ Ἱερεμίου. (4) Ἐκ τοῦ Ἐκκλησιαστικοῦ. Ita hic vocatur Ecclesiastes Salomonis. (5) E quatuor

Libris

Libris Regum, quæ conveniunt cum illis, quas Celeberrimus FABRICIUS, ὁ νῦν ἐν ἁγίοις, in Bibl. Græc. Vol. X. p. 67. ſq. ex Codice, quem ex Bibliotheca B: D. ABR. HINCKELMANNI poſſedit, publicavit. Et alteræ ex alteris ſæpe emendari poſſunt. (6) Λέξεις τῶν ᾠδῶν τοῦ ψαλτῆρος. Sunt voces ex Canticis Scripturæ. (7) Λέξεις τῆς Πανα‌ρέτου. Ita hic appellatur Sapientia Salomonis. (8) Ὀνόματα τῶν Ἀποστόλων ἑρμηνευόμενα. (9) Λέξεις τῶν Πράξεων. (10.) Ex Epiſtola ad Hebræos. Alterum in Bibliotheca Ampliſſimi Senatus Bremenſis adſervatur. Ejusque uſum, quod gratus profiteor, olim, cum Bremæ agerem, pro mirifico ſuo bonas literas promovendi ſtudio conceſſit humaniſſimus æque ac eruditiſſimus, dum viveret, Reipublicæ Bremenſis Syndicus, GERHARDUS VON MASTRICHT. En ejus titulum: Κυρίλλου εἰς τὰς ἀπορουμένας λέξεις τῆς ἁγίας γραφῆς. Eſtque illud ipſum, cujus mentionem facit in literis ſuis ad laudatum modo Fabricium, Cl. REIMARO de Vit. & Script. Ejusdem recenſitis p. 226. Venerandus ſacrorum Vratislavienſium Antiſtes, IO. FRIDERICUS BURG, cum quo antehac Lipſiæ ad pedes Philologi atque Theologi præſtantiſſimi, GOTTFRIDI OLEARII, jam inter beatos cœlites triumphantis, (cujus ſumma in me merita nulla delebit oblivio) me ſediſſe, jucunda recordatio eſt. Nec immerito de Gloſſario illo Vir Doctiſſimus ſcribit, quod *forte uſu in illuſtranda dictione* τῶν ἑβδομήκοντα *non deſtitueretur, ſi dari poſſet ad illius collationem aditus.* Plane autem illud differt ab aliis Lexicis, quæ CYRILLI nomine in Bibliothecis extant, & quorum exemplum non ſolum Oxonii in Bodlejana uſurpavi, ſed etiam Lugduni Batavorum in Bibliotheca Academica me evolviſſe, memini. Et præter voces Scripturæ multæ etiam ex profanis Scriptoribus Græcis in illo explicantur.

Faxit vero ſummum Numen, ut conatus mei in ſui nominis gloriam, & ulteriorem ſacrarum literarum lucem vergant! Vale, Lector, in Domino, &, ſi quæ commiſſa ſunt, humanæ imbecillitatis memor, benignius interpretare.

EXERCITATIO
DE
LIGNIS EX LIBANO AD TEMPLVM HIEROSOLYMITANVM ÆDIFICANDVM PETITIS.
SECTIO PRIOR.
QVA OSTENDITVR, QVOD LIGNA, EX LIBANO AD TEMPLVM HIEROSOLYMITANVM PETITA, FVERINT CEDRINA, CVPRESSINA, ET PINEA.
ARGVMENTVM.

I. Aliorum de lignis, quorum fit mentio 2 Par. II, 8. & 1 Reg. V, 8. explicationes.

II. Nostra sententia proponitur, cum tribus Argumentis, quæ ad illam probandam fundamenti loco substernuntur.

III. PRIMUM ARGUMENTUM. *Libanus cedros, cupressos, & pinus produxit.* An urbs Berytus a ברותים *cupressis* dicta. Aliæ urbes ab arboribus & plantis denominatæ. De urbe *Berothai* conjectura.

IV. SECUNDUM. *Cedrus, cupressus, & pinus præstantiores Libani arbores fuerunt.* Græculus quidam notatur.

V. Locus Jes. LX, 13. explicatur. A *Camp. Vitringa* dissensus.

VI. תדהר Jes. l. c. esse *pinum*, ulterius firmatur. Ex pinis faces olim paratæ. תדהר cognationem habere videtur cum תרזה, *pinus*, unde *thyrsus* Bacchi.

VII. *Ursini* de תרזה ac thyrso sententia examinatur. Thyrsi Bacchi fuerunt pinei. Pinus Baccho consecrata. Vinum Libani suavissimum. Locus Hos. XIV, 8. illustratur.

VIII. Pinus Poëtis celebratur.

IX. תאשור Jes. l. c. non potest non esse cedrus. Cur ita dicta. Certam speciem cedri notare videtur, cujus diversæ species fuerunt.

X. Loca. Jes. XXXV, 2. XLI, 19. explicantur. *Camp. Vitringa*, & *Bochartus* notantur.

XI. TERTIUM. *Ligna cedrina, cupressina, & pinea ædificiis, quæ ætatem ferre debent, aptissima.* Carie, tineisque non infestantur. Cedrina & cupressina ad templa, & simulacra deorum gentilium adhibita, & hæc inde quam maxime diuturna. Alia, quæ durare debebant, e ligno cupressino fabricata. Scandulæ pineæ diu durant. Pinus adhibitæ navibus rotundis. Amstelodamum super malis pineis conditum.

XII. Cur opera ex cupresso, pinu, & cedro facta, cariem & vetustatem non sentiant. *Scholiastes Homeri* et *Hesychius* emendati.

XIII. E tribus adductis argumentis Conclusio.

XIV. Quæ ulterius de ברושים, quod sint *cupressi*, firmatur (1) ex cognatione vocis cum Græc. κυπάρισσος.

XV. Aliorum etymologia de voce κυπάρισσος rejicitur.

XVI. (2) Ex eo, quod in omnibus Scripturæ locis, ubi τῶν ברושים fit mentio, *cupressi* commodissime possint intelligi. Locus 1. Reg. VI, 34. illustratur.

XVII-XIX. Loca 2 Reg. XIX, 23. Jes. XXXVII, 24. Psalm. CIV, 16. 17. Jes. XIV, 8. Ezech. XXVII, 5. XXXI, 8. Zach. XI, 2. expenduntur. Mons *Senir* idem, qui *Chermon*. In monte Chermon cupressi admodum proceræ. Loco Sir. L, 10. lux affunditur.

XX-XXIII. Ostenditur de reliquis locis, 2 Sam. VI, 5. Jes. LV, 13. Hos. XIV, 9. Nah. II, 4. quod & ibi ברושים de *cupressis* optime exponi possint.

XXII. Cupressi semper virent, & quare. Fructus cupressi, *galbuli* ab Hebr. חלב dicti, forte odore graves, & ad serpentes, qui loca fragrantia amant, & gravem odorem fugiunt, fugandos idonei. *Virgilius*, & *Plinius* corriguntur. *Lampii* de fructu cupressi Hos. l. c. sententia.

XXIII. Cupressi perticis & hastis adhibitæ. Non abietes, sed cupressi in Babylonia inventæ.

XXIV. Dubium contra hoc adsertum ex *Strabone* affertur, & solvitur. Circa Arbelam cupressi inventæ.

XXV. Forte in Media etiam cupressi inventæ. *Huetii* sententia, quod Nah. l. c. de Medis sermo sit, probabilis redditur. Medorum milites coccino vestiti, ut milites Persarum. Persæ, ut multa alia, ita & armaturam a Medis acceperunt. *Herodoti* locus explicatur, & tentatur. Loricæ squamatæ, & concatenatæ. *Scholiastes Homeri* emendatur. De aliis, qui in bello puniceis & rubris vestimentis usi sunt.

XXVI. XXVII. (3) E testimoniis *Eupolemi* apud *Eusebium*, & *Josephi*.

XXVIII. (4) Ex versione LXX. & aliorum Interpretum.

XXIX. XXX. *Ursini* argumenta, quibus tuetur, quod ברושים sint *abietes*, refelluntur.

XXXI. Pariter de אלגומים, quod sint *pinus*, sententia nostra roboratur (1) ex nomine. Pini resina abundant. Lignum pineum in Sacris alias עץ שמן *lignum pinguedinis*. Secus de hoc alii.

XXXII. (2) Ex eo, quod 1 Reg. X, 11. 12. 2 Par. IX, 10. 11. per אלגומים seu אלמוגים *pinus* commodissime possint accipi. *Ophir* Iberia. Circa Iberiam *Ebusus*, hodie *Yvica*, pinis & colonia Phœnicum celebris.

XXXIII. Ad argumenta *Lipenii*, quibus judice *Lampio* egregie probavit, quod ligna אלגומים, ex Ophir allata, sint *hebena*, respondetur.

XXXIV. Obiter laudati *Lampii* sententia de ligno *thyino* in dubium vocatur.

XXXV. Ligna, ex Ophir allata, non possunt esse *sandala rubra*, contra *Ursinum*; neque *Teca*, contra Missionarios Danos.


XXXVI. (3) Auctoritate LXX. Interpretum, & *Josephi*. *Rufini* versio *Josephi* notatur. *Sal. von Til* de *Almugim* consensus.

XXXVII. Per πεύκινα non *picea*, ut *Palmerius* vellet, sed *pinea* apud LXX. & *Josephum* intelligenda. *Bodæus a Stapel* notatur. Et πίτυς, & πεύκη de pinu reperitur. Proverbium πεύκης τρόπον, *pinus in modum*, reddendum; contra *Erasmum*.

XXXVIII. Objectio ex *Palmerio* solvitur. Pinus montes amant.

XXXIX. Conclusio de Lignis Libani ad Salomonem allatis.

XL. Inde quid sint ligna Libani Cant. III, 9. & ברותים Cant. I, 17. ostenditur. A *Wedelio* dissensus.



I.

Salomo, Regum sapientissimus, templum DEO ædificaturus, rogabat Hiramum, Tyri Regem, ut ad se mitteret עצי ארזים ברושים ואלגומים מהלבנון i. e. juxta ALEXANDRINOS Interpretes, & VULGATUM, *ξύλα κέδρινα, καὶ ἀρκεύθινα, καὶ πεύκινα ἐκ τοῦ λιβάνου, ligna cedrina, & arceuthina, & pinea de Libano.* 2 Paral. II, 8. B. LUTHERUS vero ligna illa exponit de *cedrinis, abiegnis, & ebenis;* quemadmodum & in loco parallelo 1. Reg. V, 10. ברושים VULGATUS reddit ligna *abiegna*. In qua explicatione & multi alii Interpretes æque ac Lexicographi tam locis citatis, quam alibi, ubi τῶν ברושים fit mentio, illum sequuntur. Et sententia diu fuit recepta, quod ברושים sint *abietes*. Ligna אלגומים vero, alias אלמוגים dicta, quæ VULGATUS cum ALEXANDRINIS Interpretibus de *pineis*, & LUTHERUS de *ebenis* explicant, alii aliter adhuc interpretati sunt. Et variæ distractæque de illis sententiæ videri possunt apud LIPPENIUM de Navig. Salom. Ophir. p. 691. sqq. & URSINUM Arbor. Bibl. cap. XLIII. p. 566.

II. Quantum ad me, dicam citra ambages, quid sentiam. Scilicet per ligna, quæ Salomo sibi ad templum extruendum ab Hiramo expetiit, non alia quam *cedrina*, *cupressina* & *pinea* intelligenda esse, existimo. De hac vero explicatione ut lectores reddam persuasos, *primo* quidem tria fundamenti loco substernam, & *deinde* alia argumenta afferam, quæ conclusionem, inde deductam, ulterius firmare poterunt. Inter illa, quæ fundamenti loco substernam, *primum* est, quod *cedrus*, *cupressus*, & *pinus* arbores Libani fuerint: *secundum*, quod præstantiores Libani arbores fuerint: *tertium*, quod ædificiis præstantioribus, & quæ ætatem ferre debebant, fuerint aptissimæ.

III. Ita-

III. Itaque, quod *Libanus cedros, cupreſſos & pinus produxerit*, diſcimus ex clariſſimo Diodori Siculi loco Lib. XIX. p. 702. Poſteaquam enim ibi de Antigono, Syriæ Rege, retulerat, quod ad claſſem, adverſus Ægypti & Græciæ Reges inſtruendam, ligna ex Libano, Tyrum & Sidonem deducenda curaverit, de eodem monte hæc ſubjungit: Τὸ δὲ ὄρος τοῦτο παρήκει μὲν παρὰ τὴν Τρίπολιν, καὶ Βυβλίαν, ἔτι δὲ Σιδωνίαν, πλῆρες δέ ἐστι ξύλων ΚΕΔΡΙΝΩΝ καὶ ΠΕΥΚΙΝΩΝ καὶ ΚΥΠΑΡΙΣΣΙΝΩΝ, θαυμαστῶν τότε κάλλος, καὶ μέγεθος. *Mons vero ille prætercurrit Tripolin, Bybliam & Sidoniam, lignis CEDRINIS, PINEIS & CUPRESSINIS miræ pulchritudinis, & magnitudinis refertus.* Conf. & alia eam in rem loca § ſq. adducta. Et circa Berytum, urbem inter Byblum & Sidonem, Libanum cupreſſos produxiſſe, ex nomine ejus aliquando colligebam. Hoc enim ἀπὸ τῶν ברושים, quæ Phœnicibus ברותים dici potuerunt, h. e. a *cupreſſis*, accepiſſe videbatur. Favebat conjecturæ, quod ברוש non ſolum Chaldæis ברותא dicta ſit, ſed etiam Cant. I, 17. ברותים pro ברושים dialecto, ni fallor, Phœnicia inveniamus. Confer, ſi placet, quæ infra §. XL. ſunt obſervata. Præterea alias ſubinde urbes ab arboribus & plantis, in ſolo illarum provenientibus, nomina ſortitas eſſe, recordabar. Sic a quercubus אלון *Elon*, a moris בכא *Bacca*, a ſpinis Arabicis, vel potius, ut infra videbimus, cedris שטים *Sittim* vel *Setin*, a palmis תמר *Tamar*, & דקלה *Dicla*, a malis punicis רמון *Rimmon* appellatas eſſe, obſervat magnus Bochartus Chan. Lib. I. c. 4. p. 26. Conf. & Celeb. Theod. Hasæi Diſſ. & Obſerv. Syllog. p. 179. Sic & *Suſa*, urbem Perſiæ primariam, a liliis, quæ Σοῦσα Perſis dicta perhibent, nuncupatam adſerunt Auctor Etymologici Magni, & Stephanus Byzantinus de Urb. In quo tamen illos falli, contendit Hydeus, qui nomen illius urbis potius deducendum arbitratur a *Sus*, *glycirrhiza*, in regione illa abunde proveniente. Vid. Cl. Relandi Diſſ. Miſc. P. II. p. 246. Pariter Miletum, Cariæ urbem, Πιτυοῦσαν aliquando vocatam διὰ τὰς πίτυς, *propter pinus* ibi creſcentes, & *Ceraſuntem* Ponticam ἀπὸ τῶν κεράσων, *a ceraſis*, dictam eſſe, notat Eustathius ad Dionys. Perieg. v. 453. & 825. Conf. & de Mileto Stephan. de Urb. in v. Μίλητος, qui etiam in v. Λάμψακος de Lampſaco, urbe, juxta Propontiden ſita, teſtatur, quod a *pinuum* copia πιτύεια olim ſit nominata. *Pityeam* quoque, urbem inter Parium & Priapum ſitam, a pinis nomen habuiſſe, ex eo colligimus, quod mons, pinuum ferax, illi imminuerit. Vid. Strabo Lib. XIII. p. 405.

p. 405. Sed & in ipsa Phœnicia urbem *Elaida* ita nuncupatam esse, *διὰ τὸ ἐλαιοφόρον ἐῖναι*, *quod oleæ ibi proveniant*, docet EUSTATHIUS ad DIONYS. v. 910. Imo urbes etiam reperimus, quæ pariter a *cupressis* dictæ sunt. Nam de *Cyparisso*, Phocidis urbe, in Parnasso prope Delphos, cujus HOMERUS meminit ιλ. β΄. v. 519. ita EUSTATHIUS ad h. l. Τὴν δὲ ῥηθεῖσαν ΚΥΠΑΡΙΣΣΟΝ, ἀπὸ Κυπαρίσσου φασὶ καλεῖσθαι, υἱοῦ Μινύου, ἀδελφοῦ Ὀρχομενοῦ. Οἱ δὲ ἀπὸ πλήθους τῶν ἐκεῖ ΚΥΠΑΡΙΣΣΩΝ. *Dictam autem CYPARISSUM à Cyparisso vocari ajunt, filio Minyi fratris Orchomeni; alii vero a multitudine CUPRESSORUM illic nascentium.* Conf. PALMERII Græc. Antiqv. Lib. VI. c. 9. Ab iisdem arboribus *Cyparissæa* Triphyliæ, & *Cyparisseis* Messeniæ urbes nomen accepisse videntur. Sic & *Barathenam*, vel *Barathanam*, Arabiæ desertæ civitatem, Sabæ urbi proximam, Doctissimus SPANHEMIUS Hist. Iob. cap. IV. §. 7. ab *abietum*, rectius dixisset, *cupressorum*, Chaldæis ברתין dictarum, copia appellatam conjicit. Et forte hæc eadem urbs est, quam Βηρυτὸν appellat STEPHANUS Byzantinus. Duplicem enim ille Berytum memorat, alteram Phœniciæ, alteram Arabiæ, hancque *Diospolin* prius vocatam esse refert. Neque minus urbem *Berothai*, quæ pro eadem cum *Barathena* habetur BOCHARTO Phal. Lib. II. c. 6. p. 89. sed rectius aliis Syriæ Sobæ tribuitur, & Doctissimo BONFRERIO ad Euseb. Onom. p. 36. eadem videtur, quæ *Berotha* Ezech. XLVII, 16. à ברותים *cupressis* dictam esse, suspicor, præsertim, quod in montibus, quos amant cupressi, locum habere potuerit. Nam prope Damascum, ubi Antilibanus, sitam illam fuisse, constat ex Ezech. XLVII, 16. Et forsitan magna illa æris copia, quam David ex Berothai æque ac Bethac, urbibus Hadad Eser, Regis Syriæ Sobæ, abstulisse legitur 2. Sam. VIII, 8. ex montibus ibi effossa fuit. Qua in re consentientem habeo Cl. WICHMANNSHAUSENIUM Diss. de Assere Metallifossore §. 21. p. 73. Taceo multa alia loca, ab arboribus & plantis denominata, de quibus vid. ill. SPANHEMIUS Obs. in *Callimach.* p. 12. & de Us. & Præst. Num. Diss. IV. p. 279. Vero igitur non absimile putabam, quod & Berytus, Phœniciæ urbs, a ברותים *cupressis* demominata sit. Fateor tamen, me de veritate conjecturæ illius dubitare, & majorem illis fidem habere cœpisse, qui nomen urbis a בארות *puteis* derivant, (vid. BOCHART. Chan Lib. II. c. 17. p. 859.) posteaquam Cl. MAUNDRELLUS in Itin. p. 51. ed. Germ. me docuit, hodie adhuc ibi fontes præstantiores, montibus decidentes, & in tota urbe, jam *Beroot* dicta, commoda & amœna quadam

dam ratione divisos reperiri. Ceterum adhuc hodie in Libano multas cupressos reperiri, testatur DE LA ROQUE dans *la Voyage de Syrie & du Mont Liban* p. 58. Sic & in monte Chermon, Libano adjacente, cupressos olim provenisse, discimus ex luculento SIRACHIDIS loco cap. XXIV, v. 13. ὡς κέδρος ἀνυψώθην ἐν τῷ Λιβάνῳ, καὶ ὡς ΚΥΠΑΡΙΣΣΟΣ ἐν ὄρεσιν ΑΕΡΜΩΝ. *Tanquam cedrus exaltata sum in Libano, & tanquam CUPRESSUS in montibus CHERMON.*

IV. Non solum vero *cedrum*, *cupressum* & *pinum* in Libano provenisse, sed etiam *præstantiores montis illius arbores fuisse*, non male forsitan aliquis exinde colligat, quod auctores, Libanum ab arboribus suis laudantes, tres illas arborum species potissimum memorent. Sic enim CYRILLUS Alexandrinus Comm. in Jes. Lib. V. T. IV. p. 848. ὄρος ἐςὶ τῆς Φοινίκης ὁ ΛΙΒΑΝΟΣ, ΚΕΔΡΟΙΣ τε καὶ ΚΥΠΑΡΙΣΣΟΙΣ καὶ ΠΕΥΚΗ κατάκομον, καὶ αὐτοῖς δὲ τοῖς τοῦ λιβάνου φυτοῖς. Θαυμάζεται δὲ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας τὸ μνημονευθὲν ὄρος, ὡς ἀφθονωτάτην ἔχον τὴν ὕλην, καὶ δένδρεσι τοῖς εὐμηκεςάτοις, καὶ εὐοσμοτάτοις καταπλουτοῦν. *Mons est Phœnices LIBANUS, CEDRIS, CUPRESSIS ac PINU densus, & ipsis thuris fructibus. Propterea autem maxime admirationi est hic mons, quod maximam ligni copiam habeat, & arboribus abundet procerissimis & fragrantissimis.* Et PHOCAS, observante Cl. RELANDO Palæst. Lib. I. c. 48. p. 321. in descriptione Palæstinæ, seculi duodecimi scripto: ὁ πάγκαλος καὶ ἀξίως περιβόητος ἐν ταῖς γραφαῖς ΛΙΒΑΝΟΣ, ζυγὸς παμμέγας κορυφόθεν μέχρι προπόδων συρμάδας χίονος ὡς βοςρύχους περιβαλλόμενος ΠΕΥΚΗ, καὶ ΚΕΔΡΩ, καὶ ΚΥΠΑΡΙΤΤΩ καταδενδρούμενος, καὶ ἄλλων ὀπωροφόρων (apud RELANDUM vitiose legitur ὁ πωροφόρων) φυτῶν διαφόρων πλήθεσιν ὡραϊζόμενος. *Pulcherrimus, & jure celebratus in sacro Codice, LIBANUS, mons est prægrandis, a vertice usque ad pedes nivis tractus veluti cincinnos habens, PINU, CEDRO, CUPRESSOque consitus, & aliis, iisque fructiferis, variis & abundantibus plantis refertus.* De tribus etiam illis præstantioribus Libani arboribus fortasse audivit aliquid Græculus, nescio quis, apud SALMASIUM Exerc. Plin. ad Solin. p. 1056. male tamen thuris frutices, quas Græci Λιβάνων nomine appellabant, & quas in monte Libano inventas esse, ex verbis CYRILLI etiam modo adductis, HIERONYMO item in Zach. XI, 1. & AUSONIO in Technopægn. p. 115. discimus, cum aliis montis Libani arboribus confundens. ὁ ΛΙΒΑΝΟΣ, inquit, τὸ ὄρος ἔχει ΤΡΙΑ ΕΙΔΗ ΔΕΝΔΡΩΝ, ἃ λέγονται καὶ λίβανοι, καὶ ξύλα τοῦ λιβάνου. Διαφέρει δὲ ἀλλήλων τῷ σχήματι. Ἔςι γὰρ τὸ μὲν ἄρ-

ρεν,

ῥεν, τὸ δὲ θῆλυ, τὸ δὲ ὐδέτερον. Καὶ ὁ μὲν ἄῤῥεν ὀνομάζεται χαλκολίβανος, ἡλιοειδὴς ϗ πυῤῥὸς, ἤτοι ξανθός. Τὸ δὲ θῆλυ καλεῖται λευκολίβανος, ϗ ἀργυρολίβανος. Τὸ δὲ ὐδέτερον ἁπλῶς λίβανος. *LIBANUS mons TRES HABET ARBORUM SPECIES, quæ dicuntur & libani, & ligna Libani. Differunt autem a se invicem figura. Est enim alia masculini, alia fœminini, alia neutrius generis. Et illa quidem, quæ est masculini generis, vocatur chalcolibanus, colorem soli similem, & rufum sive flavum habens. Quæ vero est fœminini generis, dicitur leucolibanus, & argyrolibanus, & qua neutrius generis, simpliciter libanus.*

V. Sed & in Scriptura ipsa cupressus, pinus & cedrus tanquam *gloria Libani* diserte nobis ob oculos ponuntur. Locus eam in rem illustris est Jes. LX, 13. כבוד הלבנון אליך יבוא ברוש תדהר ותאשור יחדו לפאר מקום מקדשי Ubi bene Alexandrini Interpretes: Καὶ ἡ ΔΟΞΑ τῦ Λιβάνυ πρός σε ἥξει ἐν ΚΥΠΑΡΙΣΣΩ ϗ ΠΕΥΚΗ ϗ ΚΕΔΡΩ ἅμα, δοξάσαι τὸν τόπον τὸν ἅγιόν μυ. *Et GLORIA Libani ad te veniet CUPRESSO, & PINU & CEDRO simul, ut glorificet locum sanctum meum.* Nam tres illas arborum species per ברוש, תדהר & תאשור hic non minus, quam in loco, ad quem nostræ jam spectant observationes, per ארזים, ברושים & אלגומים, intelligendas esse, ex eo intelligimus, quod ut *gloria Libani*, h. e. præstantiores Libani arbores, quibus Libanus præsertim celebratur, describantur, & eædem arbores aliis, ut modo vidimus, pro præcipua Libani gloria pariter habeantur. Præterea divinus Vates manifeste alludit ad 2 Paral. II, 8. innuitque, quod, sicuti ex Libano olim arbores præstantissimæ ad ædificandum ornandumque templum Dei fuerint petitæ, ita ex gentibus aliquando præstantiores justitiæ arbores, & viri, variis Spiritus Sancti dotibus insignes, futuri, & Ecclesiam tanquam domum Dei ornaturi sint. Si ergo 2 Par. II, 8. *cedrus, cupressus & pinus* intelligendæ sunt, ut ex dicendis clarius patebit, hic etiam apud Prophetam eædem arbores non possunt non intelligi. Dissentire ergo liceat a summo Philologo atque Theologo, Campegio Vitringa, qui in Comment. ad h. l. non solum arbores, quas nominat Propheta, de *fraxino, ulmo* an *tæda*, & *buxo* interpretatur, sed etiam illas non ita accipit, ac si per eas speciatim Jesaias declarare voluerit, quid per *Libani gloriam* intellexerit, sed potius *gloriam Libani*, seorsim consideratam, cum Sanctio & Anglicis Annotationibus de *cedris* exponit.

VI. Sicuti autem inter arbores, quas Jesaias *Libani gloriam* appel-

appellat, ברוש *cupressum* notare, mox pluribus argumentis probabitur, ita תדהר præter Alexandrinos Interpretes, & alii haut præter rationem pro *pinu* habuerunt. Audiamus ipsum Eruditissimum VITRINGAM Comment. in Jes. XLI, 19. p. 410. B. *Arborem THIDHAR multi putant esse PINUM, vel tædam, arborem resiniferam, generis picei, dictam* תדהר *pro* תזהר, *a* זהר *lucere; sive quod ardens ob resinæ copiam lucem spargat; sive quod pice aut oleo illita faculæ in modum lumen det.* Et sane ex pinis olim faces paratas esse, discimus ex illo EURIPIDIS in Alcmena apud POLLUCEM Lib. X. c. 26. segm. 117.

Πόθεν δὲ πέυκης πανὸν ἐξεῦρες λαβεῖν;
Unde vero facem ex pinu accipiendam invenisti?

Sic & ÆSCHYLO in Xantriis κάμακες πεύκης οἱ πυρίφλεκτοι sunt *faces ex pinu ardentes.* Vid. POLLUC. l. c. & confer CALLIMACHUM Hymn. in Dian. v. 116. Hinc πεύκη, *pinus*, etiam ἔνδαδος, *quæ tædam gerit*, dicitur THEOPHRASTO Lib. V. c. 5. Imo πεῦκαι pro ipsis quoque *facibus* occurrunt. ARISTOPHANES Nub. v. 603. 604. de Baccho:

Παρνασίαν θ' ὃς κατέχων
Πέτραν, σὺν ΠΕΥΚΑΙΣ σελαγεῖ,
Qui Parnasiam tenens
Petram cum FACIBUS choros agit.

SCHOLIASTES ibi: Σὺν πεύκαις, μετὰ δάδων, *cum facibus.* Idem Comicus apud ATHENÆUM Lib. XV. haut procul a fine:

Ἐκφέρετε ΠΕΥΚΑΣ κατ' Ἀγάθωνα φωσφόρους.
Efferte FACES ad Agathonem lucentes.

EURIPIDES Alcest. v. 915 916.

Τότε μὲν ΠΕΥΚΑΙΣ σὺν Πηλιάσιν,
Σύν θ' ὑμεναίοις ἔστειχον ἔσω.
Tum quidem cum TÆDIS ex monte Pelio,
Cumque hymenæis intrabam.

MELEAGER in Epigrammate, quod Anthol. Lib. III. c. 12. p. 326. legitur:

Αἱ δ' αὐταὶ καὶ φέγγος ἐδᾳδούχουν παρὰ παστῷ
ΠΕΥΚΑΙ, καὶ φθιμένοις νέρθεν ἔφαινον ὁδόν.
Eædem vero FACES & lucem juxta thalamum præbebant,
Et mortuæ ad inferos ostendebant viam.

Quem locum ante oculos habens SUIDAS ita: Πεῦκαι. Λαμπάδες. δᾷδες. Πεῦκαι. *Faces. Tædæ.* Præterea תדהר esse πεύκην, *pinum*, firmari potest ex eo, quod transposita unica litera fit תרדה, atque

adeo

magnam cognationem habeat cum תרזה, quod ALEXANDRINI Jeſ. XLIV, 14. *πίτυν*, & VULGATUS *pinum* reddunt. Et תרזה *pinum* ſignificare, putat quoque Eruditiſſimus HEINSIUS Ariſt. S. p. 14. atque inde *Thyrſum* Bacchi derivat. *Thyrſus* inquit, *manifeſte* תרזה thirza. *Quæ vox* pinum *denotat, quam pampinis ac ferro induebant. Unde miræ ac profundæ eruditionis Grammaticus, Heſychius,* θύρσοι, κλάδοι, λαμπάδες, λύχνοι. *Nam e pinu optimæ fiebant lampades ac tædæ. Quare & Baccho pinum, hoc eſt,* πεύκην, *aſſignarunt. Euripides Bacchabus,*

ὁ βακχεὺς δ᾽ ἔχων
Πυρσώδη φλόγα πεύκης,
Ἐκ νάρθηκος ἀΐσσει
Δρόμῳ καὶ χοροῖς ἐρεθίζων πλανάτας,
Ἰαχαῖς τ᾽ ἀναπάλλων,
Τρυφερὸν πλόκαμον εἰς αἰθέρα ῥίπτων.

Item:

Ἔτ᾽ αὐτὸν ὄψει κἀπὶ Δελφίσιν πέτραις
Πηδῶντα σὺν πεύκαισι δορυφόρον πλάκα.

Cum eodem conſentit BOCHARTUS Chan. Lib. I. c. 18. p. 484. & GROTIUS ad Judith. XV, 15.

VII. Equidem aliam de תרזה æque ac *θύρσω* ſententiam fovet URSINUS Arboret. Bibl. p. 128. ſq. Nam, ut תרזה *cupreſſum* interpretatur, ita *thyrſos* proprie dictos, quos a תרזה nomen habere admittit, non ê *pinu*, ſed ê *cupreſſo*, fuiſſe ſtatuit. Sed argumenta ejus parum in ſe roboris continent. Præcipua illorum tria ſunt. *Primum* eſt, quod nomen conveniat. Silicet obſervat, notare quosdam ex DIDYMO, quod Cypariſſi quoque *Charites* dictæ ſint. Addere eosdem fabulam, quod Eteoclis filiæ fuerint Charites, quæ inter tripudiandum in puteum delapſæ, telluris commiſeratione in has arbores fuerint mutatæ. Atque hanc fabellam ex nomine Syriaco תרצה, quod cum תרזה fabulatores confuderint, enatam eſſe conjicit. Additque, quod in Rad. רצה omnes Græci vocabuli *χάρις* literæ conſonantes ſint, & ſignificatio ſit eadem. Sed paulo longius hæc petita eſſe, & parum præſidii ſine aliis majoris momenti rationibus ſententiæ ipſius afferre, facile quis videt. *Alterum* URSINI argumentum majorem habet ſpeciem. Nam inde deſumtum eſt, quod Thyrſi, proprie dicti, non ê pinu, ſed ê cupreſſo fuerint. Sed hoc dicit, non probat; niſi probationis loco velis accipere, quod

 Jovis

Jovis ſceptrum, teſte HERMIPPO apud LAERTIUM in Pythagora, ex cupreſſo quoque fuerit. Inde autem de thyrſis Bacchi idem non poſſe ſolide concludi, manifeſtum eſt. Et certe thyrſos illos potius ex pinis fuiſſe, ex eo veriſimile eſt, quod pinus Baccho fuerit conſecrata. Teſtatur hoc PLUTARCHUS Sympoſ. Lib. V. Quæſt. 3. p. 676. ejusque rei has rationes profert: Τῷ δὲ Διονύσῳ τὴν πίτυν ἀνιέρωσαν, ὡς ἐφηδύνουσαν τὸν οἶνον. Τὰ γὰρ πιτυώδη χωρία λέγουσιν ἡδὺν οἶνον τὴν ἄμπελον φέρειν. Καὶ τὴν θερμότητα τῆς γῆς Θεόφραστος αἰτιᾶται. Καθόλου γὰρ ἐν ἀργιλώδεσι τόποις φύεσθαι τὴν πίτυν. Εἶναι δὲ τὴν ἄργιλον θερμὴν, διὸ καὶ συνεκπέττειν τὸν οἶνον, ὥσπερ καὶ τὸ ὕδωρ ἐλαφρότατον καὶ ἥδιστον ἡ ἄργιλος ἀναδίδωσιν. --- Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς πίτυος αὐτῆς εἰκὸς ἀπολαύειν τὴν ἄμπελον, ἐχούσης ἐπιτηδειότητα πολλὴν πρὸς σωτηρίαν οἴνου καὶ διαμονήν. Τῇ τε γὰρ πίτυϊ πάντες ἐξαλείφουσι τὰ ἀγγεῖα, καὶ τῆς ῥητίνης ὑπομιγνύουσι πολλοὶ τῷ οἴνῳ. *Pinum autem conſecravere Baccho, quia vino ſuavitatem conciliat. Nam quæ loca pinubus abundant, in iis vinum ſuave vites generant. Theophraſtus id calori terræ imputat. Univerſe enim pinum in argilloſis naſci locis: & argillam, calida cum ſit, excoctioni uvarum ſubſervire, ſicut eadem aquam etiam leviſſimam & ſuaviſſimam reddit. --- Sed & probabile eſt, e pinu ipſa vitem accipere ſua emolumenta, cum ad conſervandum vinum multis modis ea conducat. Nam & pice omnes vaſa oblinunt, & reſinam multi vino admiſcent.* Pinus igitur & Baccho conſecrata, & juxta non nullos ideo conſecrata fuit, quia vino ſuavitatem conciliat. Et certe in Libano, in quo præter cedros & cupreſſos pinus quoque naſci ſupra vidimus, vinum ſuaviſſimum generari, patet ex Hoſ. XIV, 8. ubi propter ſingularem vini illius ſuavitatem memoria Iſraëlis, ad Domimum ſe convertentis, cum illo comparatur. *Memoria ejus*, inquit Deus, *erit ſicut VINUM LIBANI.* Ad quem locum viri docti ex KIMCHIO notant, quendam ASAPHUM Medicum ſcripſiſſe, *VINUM LIBANI, Hermonis, Carmeli, montium Iſraëlis & Hieroſolymæ, & Caphtoris, ODORE, SAPORE, medicina, reliquis omnibus antecellere.* Conf. & de vino Tripolitico, Tyrio, Berytio, Byblino, quod in Libano urbibus, unde nomen habent, adjacente provenit, loca PLINII & ATHENÆI eruditis Interpretibus pariter ibi obſervata, & quæ de vino Sarephthano, a Sarephtha, urbe inter Tyrum & Sidonem, dicto, affert Cl. RELANDUS Palæſt. Lib. III. p. 986. Hodie etiam adhuc vinum Libani eſſe præſtantiſſimum, memorat DE LA ROQUE, dans la *Voyage de Tyrie & du Mont Liban*, p. 45. 46. Inde vero, quod pinus Baccho

eſſet

esset consecrata, non solum *flagrantem pinum*, sive tædam pineam gestabant Bacchæ, ut ipse observat Ursinus p. 124. sed etiam nuces pineæ & in mysteriis Liberi Patris fuerunt obviæ, & in antiquis Bacchantium monumentis thyrsorum fastigiis impositæ occurrunt. Vid. ill. Spanhemius de Us. & Præst. Num. Diss. IV. p. 269 qui & inde factum observat, ut κῶνοι, proprie *nuces pineas* denotantes, iidem thyrsi dicti sint; de quo Hesychius: Κῶνοι, οἱ θύρσοι, καὶ οἱ στρόβιλοι. Κῶνοι, *thyrsi & nuces pineæ.* Inde etiam, quod addo, thyrsiferi κωνοφόροι appellati sunt. Suidas: Κωνοφόροι. θυρσοφόροι. κῶνος δὲ λέγεται ὁ βοτρυοειδὴς τοῦ στροβίλου καρπὸς, ὃν ἔφερον αἱ γυναῖκες βαστάζουσ᾽ ἐν ταῖς τοῦ Διονύσου τελεταῖς, ἐπειδὴ ὅμοιον τὸ σχῆμα τοῦ κώνου τῇ τοῦ ἀνθρώπου καρδίᾳ. Ἐπιστάτην δέ φασιν Ἕλληνες τῆς τῶν ἀνθρώπων καρδίας τὸν Διόνυσον. οἰκείῳ οὖν τινι μυστηρίῳ τοῦτο ἐποίουν.

Καὶ θύρσου χλοερὸν κωνοφόρον κάμακα.

Κωνοφόροι. *Thyrsigeri. Conus autem vocatur fructus pini, racemum figura referens, quem mulieres in sacris Bacchi gestabant. Nux pinea enim figuram habet similem humano cordi, cujus Bacchum esse præsidem Græci dicunt. Ob singularem igitur & mysticam quandam rationem illud faciebant.* (In Epigrammate:)

Et thyrsi viridem coniferamque perticam.

Pentameter ille est ex Epigrammate Philaeni, notante Cl. Kustero, qui & integrum illud ex Anthologia MS. exhibet ad Suid. v. Θίασος. Itaque, cum pinus Baccho esset consecrata, utique admodum probabile, quod thyrsi Bacchici potius ex pinis quam cupressis fuerint; præsertim, quod & faces, quas Bacchæ gestare solebant, θύρσοι pariter dictæ, pineæ fuerint. Hoc enim intelligimus ex Euripidis versibus §. VI. adductis, ubi πεῦκαι dicuntur. Quod vero illæ etiam θύρσοι dictæ sint, præter Hesychium docet Suidas: Θύρσος. βακχικὴ ῥάβδος, ἡ λαμπὰς, ἣν ἐβάσταζον εἰς τιμὴν τοῦ Διονύσου. Θύρσος. *Thyrsus. Bacchica virga, vel lampas, quam in Bacchi honorem gestabant. Denique* in argumentum vertit Ursinus, quod e תרזה multa Deorum simulacra facta esse, doceat Jesaias cap. XLIV, 14. sed vix ulla e pinu alicujus famæ, plurima autem e cupresso sese offerant. At, licet vix ulla deorum simulacra alicujus famæ e pinu aliis memorata inveniamus, tamen hoc minime nos movere debet, ut, quam probabilem reddidimus sententiam, quod תרזה sit *pinus*, deseramus. Sufficit, quod pinus simulacris deorum admodum fuerint idoneæ. Tales autem illas fuisse, exinde patet, quod non minus,

nus, ut cedri & cupressi, adversus cariem fuerint firmissima, & propterea etiam in ædificando templo Hierosolymitano usum habuerint. Qua de re mox plura videbimus.

VIII. Nihil ergo impedit, quo minus תרזה cum GRAECIS Interpretibus & VULGATO, duumviris item præstantissimis, HEINSIO atque BOCHARTO, pro *pinu* habeamus. Atque adeo & explicatio vocis, illi cognatæ, תרדהר, qua de eadem arbore redditur, roboris aliquid inde accipit. Sicuti autem Propheta pinum inter illas arbores refert, quas ut *Libani gloriam* repræsentat, ita Poëtis etiam haud parum celebratur. Nam

alta comam sylvarum GLORIA PINUS

audit STATIO Lib. V. Sylv. 1. Et

Pontica PINUS
Sylvæ FILIA NOBILIS

dicitur HORATIO Lib. 1. Od. XIV.

IX. Si autem in Jesaiæ vaticinio ברוש & תדהר sunt *cupressus* & *pinus*, תאשור non potest non esse *cedrus*, utpote quæ præcipua Libani gloria extitit. Et cedrus dici ita potuit a Rad. אשר *incessit*, *processit*, quod præ ceteris arboribus crescendo in altum procedat. Neque mirari aliquis debet, quod cedrus in scriptura modo ארז, modo תאשור, modo etiam, ut infra apparebit, שטה dicatur. Notum enim, quod una res plura sæpius habeat nomina. Præterea, ut nomen ארז generalius *cedrum* notat, תאשור & שטה species quasdam ejus designare videtur. Et sane diversas cedrorum species esse, diserte docet PLINIUS Lib. XIII. c. 5. ubi cedrum distinguit in minorem & majorem, & utriusque duo esse genera testatur. *Juniperi*, inquit, *similem habent Phœnices*, & CEDRUM MINOREM. *Duo ejus genera Lycia & Phœnicia. Differunt folio. Nam quæ durum, acutum, spinosum habet, oxycedros vocatur, ramosa & nodis infesta. Altera odore præstat. Fructum ferunt myrti magnitudine, dulcem sapore. Et* MAJORIS CEDRI *duo genera. Quæ floret, fructum non fert. Fructifera non floret, & in ea antecedentem fructum occupat novus. Semen ejus cupresso simile. Quidam cedrelaten vocant. Ex hac resina laudatissima. Materiæ vero ipsi æternitas. Itaque & simulacra deorum ex ea factitaverunt.* Novi etiam, quod alias Rabbinorum alii septem, alii decem, alii viginti quatuor numerent species ארז. Sed illi hanc vocem non de cedro, proprie sic dicta, sed de

quavis

quavis arbore resinifera accipiunt. Vid. Bocharti Chan. Lib. I. c. 35. p. 706. & Camentii Diss. de Navi Tyria p. 16.

X. Ex his vero patet, quod & in vaticinio Jes. XXXV, 2. ubi pariter de Ecclesia Novi Testamenti prædicitur: *GLORIA LIBANI data est ei*, ad præstantiora Libani ligna, ad templum Hierosolymitanum advecta, alludatur, & oraculum Jes. XLI, 19. אתן במדבר ברוש תדהר ותאשור יחדו reddendum sit: *Ponam in solitudine cupressum, pinum & cedrum simul.* Neque enim rationem, quam se non habere dicit laudatus Vitringa ad h. l. discedendi ab Hieronymo, Interpretes Græcos sequuto, qui תדהר per *ulmum* ibi vertit, jam deesse puto. Cui etiam opponi possunt verba Ursini Arbor. Bibl. Cap. IV. p. 87. 88. *Mihi proxime rem tetigisse videtur Vulgatus, quando PINUM vertit: cujus quoddam genus, sunt enim varia cognata inter se, & abieti simile & dignitate tam præstans, ut inter pulcherrimas Libani arbores, GLORIAM LIBANI vocavit Propheta, recenseri mereatur: QUÆ LAUS AN ULMO CONVENIAT, NESCIO.* Idem Ursinus Cap. VIII. p. 143. 144. argumenta quædam affert, ex quibus minus probabile esse ostendit, quod *Thidhar ulmus* sit, sive *montanam*, sive *campestrem* intelligamus. Possent etiam, si opus, argumenta afferri contra alios, qui *Thidhar* vel de *lauro* vel de *fago* accipiunt. Jam quoque Symmachi, Hieronymi, Chaldæi, & plerorumque Hebræorum auctoritatem, qua Bochartus & Vitringa nixi, תאשור pro *buxo* habent, non magni faciendam esse, facile quis videt.

XI. Restat ut probem, quod *cedrus, cupressus, & pinus arbores fuerint ædificiis, quæ ætatem ferre debebant, aptissimæ.* Hoc vero ex eo intelligimus, quod carie tineisque non infestentur. Audiamus Theophrastum Lib. V. c. 5. ΑΣΑΠΗ δὲ φύσει ΚΥΠΑΡΙΤΤΟΣ, ΚΕΔΡΟΣ, ἔβενος, λωτὸς, πύξος, ἐλάια, κότινος, ΠΕΥΚΗ ΕΝΔΑΔΟΣ, ἀρία, δρῦς, καρύα Ευβοϊκή. *Natura PUTREDINI NON OBNOXIA CUPRESSUS, CEDRUS, ebenus, celtis, buxus, olea, oleaster, PINUS QVÆ TÆDAM GERIT, aria, robur, nux Euboica.* Et Plinium Lib. XVI. c. 42. *PINUS & CUPRESSUS adversus CARIEM TINEASQUE frmissimæ.* De cupresso etiam ita Martialis Lib. VI. Epigr. 49.

Quæ nec secula centies peracta
Nec longæ cariem timet senectæ.

Idem Epigr. 73. cupressum vocat *perpetuam*. Vid. & quæ ex Gregorio Nysseno adduxi infra §. XVI. Hinc Vitruvius Lib. VII. c. 3.

præcipit, ut camerarum afferes fint *maxime cupressini, quod abiegni ab carie & ab vetustate celeriter vitientur.* Imo hinc etiam ligna cupressina æque ac cedrina ad templa & simulacra deorum gentilium adhibita, & quæ inde fabricata fuerint, quam maxime diuturna fuisse legimus. Rursus audiamus PLINIUM l. c. ita de illis differentem: *Buxum maxime ÆTERNAM putant, ebenum, & CUPRESSUM CEDRUMQUE, claro de omnibus materiis indicio in TEMPLO EPHESIÆ DIANÆ, utpote cum tota Asia extruente quadringentis peractum sit. Convenit TECTUM ejus esse e CEDRINIS TRABIBUS. VALVAS esse e CUPRESSO, & jam QUADRINGENTIS quoque ANNIS DURARE materiem omnem, novæ similem. Id quoque notandum, valvas in glutinis compage quadriennio fuisse. CUPRESSUS in eas electa, quoniam præter cætera uno in genere materiæ NITOR maxime valeat ÆTERNUS. Nonne SIMULACRUM VEJOVIS in arce e CUPRESSO durat a condita urbe QUINGENTESIMO QUINQUAGESIMO PRIMO ANNO dicatum? Memorabile & UTICÆ TEMPLUM APOLINIS, ubi Numidicarum CEDRORUM TRABES durant, ita ut positæ fuere prima urbis ejus origine, ANNIS MILLE CENTUM OCTAGINTA OCTO.* Sic etiam THEOPHRASTUS Lib. V. c. 5. verbis modo ante adductis hæc subjungit: Τȣ́των δὲ ΧΡΟΝΙΩΤΑΤΑ δοκεῖ ΚΥΠΑΡΙΤΤΙΝΑ εἶναι. Τὰ γȣ̃ν ἐν Ἐφέσω, ἐξ ὧν αἱ ΘΥΡΑΙ τȣ̃ ΝΕΩ, τεθησαυρισμέναι ΤΕΤΤΑΡΑΣ ΕΚΕΙΝΤΟ ΓΕΝΕΑΣ. ΜΟΝΑ δὲ καὶ ςιλβηδόνα δέχεται. Διὸ καὶ σπȣδαζόμενα τῶν ἔργων ἐκ τȣ́των ποιȣ̃σι. *Harum autem maxime DIUTURNA videtur esse CUPRESSINA materies, ex qua fabricatæ TEMPLI EPHESINI VALVÆ per QUATUOR GENERATIONES INCORRUPTÆ DURARUNT. Sola hæc nitorem etiam recipit. Ideoque ex hac condere operum lautiora consuevere.* Sic & cupressum præter cæteras arbores in Deorum ædibus locum & honorem invenisse, discimus ex fragmento EURIPIDIS apud PORPHYRIUM Lib. IV. de Abstinent. κριτικωτάτῳ BENTLEIO Epist. ad Cl. MILLIUM p. 25. emendato:

Ἥκω ζαθέȣς ΝΑΟΥΣ προλιπὼν,
Οἷς αὐθιγενὴς τμηθεῖσα δοκȣ̀ς
Στεγανὰς παρέχει, χαλύβων πελέκει,
Καὶ κολληθεῖσ'
Ἀτρεκεῖς ἅρμας, ΚΥΠΑΡΙΣΣΟΣ
Adsum a sanctis TEMPLIS, validas

Quibus

Quibus indigena est sueta CUPRESSUS
Præbere trabes, cæsa securi
Chalybum, atque arctas
Compages glutine vincta.

Huc etiam laudatus Bentleius p. 26. refert illa Hermippi apud Athenæum:

Ἐκ δ' Αἰγύπτου τὰ κρεμαστὰ
ἱστία καὶ βύβλους, ἀπὸ δ' αὖ Συρίας λιβανωτόν.
Ἡ δὲ καλὴ Κρήτη ΚΥΠΑΡΙΣΣΟΝ τοῖσι ΘΕΟΙΣΙ.
Ex Ægypto vero pensilia
Vela & juncos, ex Syria autem thurem;
Pulchra autem Creta CUPRESSUM DIIS suppeditat.

Et ad simulacra deorum, quibus idololatræ apud Hebræos ligna non putrescentia adhibere solebant juxta Jes. XL, 20. & XLIV, 14. Græcos etiam præter hebenum, quercum, smilacem, lotum, *cedro* & *cupresso*, usos esse, discimus ex Pausania Lib. VIII. c. 17. Similiter Theophrastus Lib. V. c. 5. Τὰ δὲ ΑΓΑΛΜΑΤΑ ΓΛΥΦΟΥΣΙΝ ἐκ τῶν ΚΕΔΡΩΝ, ΚΥΠΑΡΙΤΤΟΥ, λωτοῦ, πύξου. τὰ δὲ ἐλάττω καὶ ἐκ τῶν ἐλαΐνων ῥιζῶν. ἀρραγεῖς γὰρ αὗται, καὶ ὁμαλῶς σαρκώδεις. *SIMULACRA ex his sculpere solent; CEDRO, CUPRESSO, loto, buxo; minora etiam ex olearum radicibus: rimas enim istæ non capiunt, & carnis æqualitate quodammodo constare videntur.* Et Vitruvius Lib. II. c. 19. simulacrum Dianæ tam in templo ejus Ephesino, quam in aliis celebrioribus fanis ex cupresso fabricatum docet. *Arboris autem ejus*, inquit, *sunt similes CUPRESSEÆ foliaturæ, materies vena directa, Ephesi in æde SIMULACRUM DIANÆ ex ea, & ibi & in cæteris nobilibus fanis propter ÆTERNITATEM sunt facta.* Est autem ibi sermo de simulacro Dianæ, quod in æde ejus Ephesina fuit, postquam restauravit illam Alexander. Nam antea, quam illam incenderat Xerxes, vel, ut alii malunt, Herostratus, aureum illud fuisse, ex Xenophontis Lib. V. Κύρ. ἀναβάσ. bene colligit doctissimus Jo. Bodeus a Stapel ad Theophr. p. 526. b. Ex quo Xenophonte etiam discimus, quod Dianæ Scilluntiæ simulacrum cupressinum extiterit. Sic enim de fano ejus scribit: ὁ δὲ ναὸς ὡς μικρὸς μεγάλῳ τῷ ἐν Ἐφέσῳ εἴκασται, καὶ τὸ ΞΟΑΝΟΝ ἔοικεν ὡς ΚΥΠΑΡΙΣΣΙΝΟΝ χρυσῷ ὄντι ἐν Ἐφέσῳ. *Ædes ipsa, operis forma, pro rata quidem portione, Ephesiæ Dianæ templo simillima. Deæ etiam SIMULACRUM, quod CUPRESSINUM est, ab aurei illius similitudine, sola recedit*

cedit materia. Imo & arcam Noachi, cujus reliquias per aliquot annorum millia ſuperfuiſſe, multi teſtantur, ex lignis cupreſſinis fuiſſe, עצי גפר Geneſ. VI, 14. dictis, cum Fullero putat Bochartus Phal. Lib. I. c. 4. ubi etiam arcas, quibus Athenienſes condiderint eorum oſſa, qui in bello pro patria occubuerint, & ſceptrum Jovis e cupreſſo, ob ligni hujus perennitatem fuiſſe, naves item ex eodem ligno olim conſtructas eſſe obſervat. Conf. & Colomes. Cimel. Literar. Cap. XXIV. Ob eandem ligni hujus perennitatem procul dubio & feretra Pontificum Romanorum inde parari ſolent. Nam exuvias Alexandri VIII. feretro cupreſſino conditas fuiſſe, teſtatur Missonus Itin. p. 667. ed. Germ. Et de aliis poſtea idem accepimus. Vide etiam, ſi placet, quæ de capſa quadam cupreſſina, Damiatæ in Ægypto in terra uliginoſo loco, decem pedibus altius defoſſa, & poſt longum tempus incorrupta prorſus & integerrima inde extracta, ex Theveto refert Bodæus a Stapel ad Theophr. p. 373. Sic & pinus propterea, quod non putreſcant, navibus rotundis fuiſſe adhibitas, memorat Theophrastus Lib. V. c. 8. p. 538. Ἐλάτη μὲν καὶ πεύκη καὶ κέδρος, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ναυπηγήσιμα. Τὰς μὲν γὰρ τριήρεις καὶ τὰ μακρὰ πλοῖα, ἐλάτινα ποιοῦσι διὰ κουφότητα. Τὰ δὲ στρογγύλα ΠΕΥΚΙΝΑ διὰ τὸ ἀσαπές. *Abies, pinus, cedrus (ut ſummatim contingam) ſunt aptiſſimæ navibus, Triremes enim atque longa navigia ex abiete levitatis gratia faciunt. Rotunda vero ex PINO, quoniam NON PUTRESCIT.* Et pini materiem, in aqua præſertim ſalſa, diutiſſime durare, ideoque totam Amſtelodamenſem urbem ſuper malis arboris pini, in imo fundo ſubagitatis, ſive feſtucatis, conditam eſſe, docet Bodæus a Stapel ad *Theophr.* p. 536. ubi & Poëtam hoc ita exprimere refert:

Invertas, fit tota nemus, quo condita fundo
Nuper Hyperboreo pinus in orbe fuit.

Pariter de ſcandulis pineis refert Plinius Lib. XVI. c. 10. quod diutiſſime omnium durent. *Scandulæ*, inquit, *e robore aptiſſimæ, mox e glandiferis aliis, fagoque: faciliimæ ex omnibus, quæ reſinam ferunt, ſed minime durant, præterquam e pino.* Recte ergo cecinit Virgilius Georg. Lib. II. v. 442. 443. de ſylvis:

Dant utile lignum
Navigiis pinos, domibus cedrosque cupreſſosque.

XII. Cauſam vero, cur opera ex cupreſſu e pinu facta, cariem & vetuſtatem non ſentiant, hanc nobis ſuppeditat Vitruvius Lib.

Lib. II. c. 9. *In vetustatem sine vitiis conservantur* (cupressus & pinus) *quod is liquor, qui inest penitus in corporibus earum, habet amarum saporem, qui propter acritudinem non patitur penetrare cariem, neque eas bestiolas, quæ sunt nocentes. Ideoque quæ ex his generibus opera constituuntur, permanent ad* æternam diuturnitatem. Et amaritudinem illam, unde VITRUVIUS arborum illarum perennitatem derivat, alias quoque auctores illis tribuunt. Nam cupressos resinam fundere *acerrimam sapore*, testis est PLINIUS Lib. XIII. c. 20. Et a lacrymæ, quam pinus stillat, amaritudine Græcis metaphorice ἐχέπευκες dicitur, *quod dolorem acerbum affert*. Ita vocem illam de sagitta usurpat HOMERUS Jl. ά. v. 51.

Αὐτὰρ ἔπειτ' αὐτοῖσι βέλ☉ ἐχεπευκὲς ἀφιεὶς
Βάλλ'.

Ubi AUCTOR BREVIUM SCHOLIORUM ἐχεπευκὲς exponit ἔχον πικρίαν, *quod amaritudinem habet*, addens: Ἀπὸ τῆς πεύκης ἡ μεταφορά. Καὶ γὰρ ἡ πεύκη κοπεῖσα ἐκ ἀνίησι βλαςόν. Καὶ τὸ δάκρυον αὐτῆς ἐςὶ πικρὸν, ἡ πίσσα. *A pinu desumpta metaphora. Etenim pinus excisa non repullulat. Et lacryma ejus est amara*, nempe *pix*. Unde emendandus Idem ad Jl. κ'. v. 8. ubi, cum πευκεδανοῖο reddiderat πικρᾶ, ὀλεθρίᾳ, *acerbi*, *exitialis*, pariter addit: Καὶ γὰρ ἡ πεύκη κοπεῖσα, ἐκ ἀνίησι βλαςὸς. Καὶ τὸ δάκρυον αὐτῆς πικρότερόν ἐςιν ἡ πίσσα. Repone, πικρόν ἐςιν, ἡ πίσσα. Eamque lectionem præferendam esse, ex eo patet, quod lacryma pinus sit ipsa pix, atque adeo de illa dici nequeat, quod amarior sit pice. Sic enim HESYCHIUS: Πευκινὸν δάκρυ, πίσσαν. Pineam lacrymam, *picem*. Nam ita & hic legendum pro πευκινόδακρυν, πίσαν, ut vulgo ibi habetur. Ceterum causam, cur arbores coniferæ, quales sunt etiam cupressus & pinus, putredini non sint obnoxiæ, simpliciter pinguedini earum tribuit Jo. BODÆUS à STAPEL ad Theophr. Lib. V. c. 19. p. 544. b. *Quæritur*, inquit, *cur cedrus coniferæque arbores nec cariem nec vetustatem sentiant? Causa videtur, quod omnia infecta pinguedo suffocat, cavitates lignorum quasi bitumine conglutinat, quo minus aër meatus subire, & interiora corrumpere possit.*

XIII. Cum igitur ex hactenus dictis clarum satis & manifestum sit, quod tres arborum species, cedrus, cupressus & pinus non solum in Libano inventæ sint, sed etiam præstantiores Libani arbores, & ad ædificia, quæ ætatem ferre debebant, aptissimæ fuerint, admodum profecto verisimile, quod cum sacro etiam Historico tres

 arbo-

arborum ſpecies memorentur, quæ Salomo ad templum ædificandum ex Libano deſideraverit, illæ ipſæ arbores intelligendæ ſint. Et hoc eſt, quod aliis argumentis jam porro firmare annitar. Cum autem de ארזים omnes facile admittant, quod *cedri* ſint, ſaltem de ברושים & אלגומים rationes proferam, quæ illas de *cupreſſis* & *pinis* accipiendas eſſe, ſuadent.

XIV. Itaque ברושים quod attinet, illas eſſe *cupreſſos*, vel ipſa vox veriſimile reddit. Nam ברוש cum Græco κυπάρισσος magnam cognationem habet, utpote in quo, ſi ב permutetur in π, radicales omnes adſunt. Et res notiſſima, quod voces, ſi in alias linguas tranſeant, modo ſyllaba augeantur, modo ſyllabam amittant. Ita & Græcum κέδρος ab Hebræo ארז per augmentum dictum eſſe, ſtatuit Becmannus Orig. Lat. Ling. p. 350. Fieri ergo potuit, ut nomen arboris, quod Hebræi brevius ברוש dixerunt, Græci præmiſſa ſyllaba κυ & addita terminatione ος κυπάρισσος pronunciaverint. Sic & ſabina, arbor cupreſſo fuſæ ſimilis, & propterea aliis *Cretica cupreſſus*, teſte Plinio Lib. XXIV. c. 11. aliis χαμαικυπάρισσος, auctore Poeta veteri de Virib. Herb. edit. Celeb. Fabricio Bibl. Græc. Lib. III. c. 26. p. 646. appellata, Latinis alias *bruta*, Græcis βράθυ, & Hebræis בורית, vocabulo nomini ברות, quo Cant. I, 17. *cupreſſus* nuncupatur, affini, dicitur. Et certe eo magis veriſimilis etymologia vocis κυπάρισσος, quam dedi, videbitur illis, qui meminerint, quod dudum demonſtratum ſit Eruditiſſimis viris, Græcam linguam eſſe propaginem linguæ Orientalis & ex Phœnicia non minus, quam Scythica, enatam. Vid. Cel. Vitringa Obſ. S. Lib. I. Diſſ. I. cap. 7. p. 71. ſqq.

XV. Valeant ergo, qui vocem κυπάρισσος origine Græcam eſſe putant, & vel cum Isidoro Lib. XVII. c. 7. arborem ita dici putant, quod caput ejus a rotunditate in acumen erigatur, vel cum Cassiano Basso Lib. XI. c. 5. & aliis διὰ τὸ κύειν καὶ φύειν παρίσους τούς τε κλάδους καὶ τοὺς καρπούς, *quod pares geſtent & producant tum ramos, tum fructus.* Quemadmodum & etymologiam illam non niſi ingenii luſum eſſe, jam vidit Ursinus Arbor. Bibl. Cap. IV. p. 129. qui tamen & ipſe minus feliciter ludit, quum vocem ex Hebr. כפר, *bituminare*, & ראשון, *primus*, compoſitam putat, *quod reſina arboris fere primas teneat, inter liquidas optima, ſapore acerrima.* Conf. Lampii peculiarem Diſſertationem de ברוש ſive *Cupreſſu* Vol. I. Diſſ. ejusdem Theol. Philol. p. 576.

XVI.

XVI. Deinde ſententia mea, quod ברושים ſint *cupreſſi*, haut exiguum robur accipit ex eo, quod in omnibus Scripturæ locis, ubi vox illa occurrit, commodiſſime de *cupreſſis* exponi poſſit. Ut res ad oculum pateat, ſigillatim illa perluſtrabimus, præſertim, cum ea occaſione lucis aliquid affundi illis queat. Hic autem nullum eſt dubium vel de illis locis, ubi Hiramus Salomoni cum lignis cedrinis ברושים miſiſſe dicitur, vel etiam de illis, ubi τῶν ברושים uſus in templo fuiſſe narratur. Certe duabus valvis, quæ in introitu templi e lignis ברושים fabricatæ dicuntur, 1. Reg. VI, 34. cupreſſos optime convenire, facile quis crediderit, qui ex verbis Plinii, ſupra §. XI. allatis, recordetur, valvas templi Dianæ Epheſiæ, pariter e cupreſſo fabrefactas, per aliquot ſecula duraſſe, & cupreſſum in eas electam eſſe, *quoniam ptæter cetera uno in genere materiæ nitor maxime valeat æternus.* Sic & de ligno cupreſſino Gregorius Nyssenus Homil. IV. in Cant. Canticorum: Εὐπνοεῖ φυσικῶς ἡ κυπάρισσος, καὶ σηπεδόνος ἐςὶν ἀπαράδεκτος, καὶ πρὸς πᾶσαν τεκτονικὴν φιλοτεχνίαν ἐπιτηδείως ἔχει, λεῖά τε γενομένη, καὶ ἐναρμόνιος, καὶ πρὸς τοῦτο διὰ τῶν γλυφίδων καλλωπισμοὺς ἐπιτήδειος. *Bene olet naturaliter cupreſſus, ea ipſa autem nullam admittit putredinem, & eſt apta ad univerſum fabrile artificium, ut quæ ſit lævis & concinna, & ad ea, quæ per cælaturas fiunt, ornamenta appoſita.* Hinc de aliis tantum erimus ſolliciti. Primo autem illa loca producum, ubi ברושים cum ארזים *cedris* Libanis conjunguntur, & deinde reliqua proferam, ubi nulla ſimul cedrorum Libani fit mentio.

XVII. Priora ſunt ſequentia: 2. Reg. XIX, 23. *Adſcendi* (verba ſunt Regis Aſſyrii) *ſuper altitudinem montium ad latera LIBANI, & ſuccidi ſublimes CEDROS ejus, & electas* (ברושיו) *CUPRESSOS ejus.* Eadem verba reperiuntur etiam Jeſ. XXXVII, 24. Pſalm. CIV, 16. 17. *Saturabuntur arbores Dei, CEDRI LIBANI, quas plantavit, ubi paſſeres ædificant. Ciconiæ autem domus* (ברושים) *CUPRESSI.* Jeſ. XIV, 8. *Etiam* (ברושים) *CUPRESSI lætantur tui cauſa; CEDRI LIBANI: Ex quo decubuiſti,* (de caſu Regis Babylonii ſermo eſt) *non aſcendit, qui ſucciderit cacumina noſtra.* Ezech. XXVII, 5. *Ex CUPRESSIS* (ברושים) *de Senir ædificarunt tibi omnia tabulata in navibus, CEDRUM e LIBANO ſumſerunt, ut facerent tibi malum.* XXXI, 8. *CEDRI non fuerunt altiores illo* (Rege Aſſyrio) *in paradiſo Dei,* (ברושים) *CUPRESSI non adæquarunt ſummitatem ejus.* Zach. XI, 2. *Aperi LIBANE, portas tuas, ut comedat ignis cedros tuas.*

Ulula (ברוש) *CUPRESSE, quia cecidit CEDRUS.* Quis autem, vel me etiam tacente, non videt, quod, cum hic ברושים cum cedris Libani conjungantur, cupressi, quas in Libano cum cedris provenire, imo præstantiores etiam cum illis arbores esse, supra percepimus, optime imo commode magis possint intelligi, quam *abietes*, quas in Libano inventas esse, dubito, an aliquis probare queat.

XVIII. Et sane Ezech. XXVII, 5. ברושים *cupressos* recte nos interpretari, firmari potest ex eo, quod mons *Senir* idem fuerit, qui *Chermon*, utpote Emoræis ita dictus. Vid. Deut. III, 9. In monte autem Chermon non minus ac in Libano, cui adsitus erat, cupressos provenisse, discimus ex luculento Sirachidis loco Cap. XXIV. v. 13. ubi *cedri Libani* cum *cupressis Chermon* eodem modo, quo apud Ezechielem cum *cupressis Senir* conjunguntur. En verba: Ὡς ΚΕΔΡΟΣ *ἀνυψώθην ἐν τῷ* ΛΙΒΑΝΩ, *καὶ ὡς* ΚΥΠΑΡΙΣΣΟΣ *ἐν ὄρεσιν* ΑΕΡΜΩΝ. *Tanquam CEDRUS exaltata sum in LIBANO, & tanquam CUPRESSUS in montibus CHERMON.* Præterea tabulatis navis Tyriæ, quæ ex cupressis constitisse, Propheta memorat, ligna arborum illarum admodum idonea fuisse, ex eo palam est, quod alias subinde naves ex iisdem lignis fuerint fabricatæ. Quam in rem præclara testimonia observat *ὁ πάνυ* BOCHARTUS Phal. Lib. I. c. 4. p. 26. Conf. & quæ supra §. XI. retulimus.

XIX. Sic & Ezech. XXXI, 8. datam de ברושים explicationem stare posse, exinde intelligimus, quod ibi singularis illis proceritas tribuatur. Propterea enim summa Regis Assyrii potentia cum illis comparatur. Cupressos autem admodum proceras esse, aliunde etiam satis constat. Namque inde Sirach. L, 10. Simon summus sacerdos, ex sancto prodiens dicitur fuisse *ὡς* ΚΥΠΑΡΙΣΣΟΣ ΥΨΟΥΜΕΝΗ ΕΝ ΝΕΦΕΛΑΙΣ, tanquam *CUPRESSUS IN ALTITUDINEM SE EXTOLLENS USQUE AD NUBES.* Ita etiam PAUSANIAS Lib. VIII. c. 24. p. 646 de tumulo Alcmæonis, filii Amphiarai: Περὶ δὲ τὸ αὐτὸ ΚΥΠΑΡΙΣΣΟΙ *πεφύκασιν ἐς τοσοῦτον* ΥΨΟΣ *ἀνήκουσαι, ὥς τε καὶ τὸ ὄρος τὸ πρὸς τῇ Ψωφίδι κατεσκιάζετο ὑπ' αὐτῶν. Creverunt circa eum CUPRESSI eo usque, ut earum PROCERITATE mons etiam is, qui Psophidi imminet, obumbretur.* Et Phocion apud PLUTARCHUM in Phoc. p. 752. Οἱ λόγοι σου, ὦ μειράκιον, ἐοίκασι ΚΥΠΑΡΙΤΤΟΙΣ. Μεγάλοι γὰρ ὄντες καὶ ὑψηλοὶ καρποὺς οὐ φέρουσι. *Oratio tua, adolescens, CUPRESSORUM similis est. Hæ enim GRANDES sunt &*

EX-

EXCELSÆ, *sed non ferunt fructum*. Notissimus quoque VIRGILII locus Eclog. I. v. 25. 26. de urbe Roma:

Verum hæc tantum alias inter CAPUT EXTULIT urbes,
Quantum lenta solent inter viburna CUPRESSI.

Ubi SERVIUS: *Nam viburnum brevissimum est, & forma & genere a cupresso remotum virgultum. CUPRESSUS vero arbor est MAXIMA.* Sic & MARTIALIS Lib. XII. Epigr. 12. AERIAS CYPARISSOS vocat. Hinc quoque VIRGILIUS Siculos Cyclopas cum cupressis comparat Æneid. Lib. III. v. 677. sqq.

Cernimus astantes nequicquam lumine torvo
Ætneos fratres, cœlo capita alta ferentes,
Concilium horrendum: quales cum VERTICE CELSO
Aëriæ quercus, aut coniferæ CYPARISSI
Constiterant, sylva ALTA Jovis, lucusve Dianæ.

Et HORATIUS Lib. IV. Od. 6. de Achille:

Ille mordaci velut icta ferro
Pinus, aut impulsa CUPRESSUS Euro,
Procidit LATE.

Confer quæ BUSBEKIUS de cupressis *admirandæ proceritatis*, in Bithynia a se visis, refert in Legat. Turcic. Epistolis p. 54. Hinc ciconiæ, quas non solum in summis turribus, & ædium fastigiis, sed in celsis præterea arboribus ova ponere BOCHARTUS probat Hier. P. II. Lib. II. c. 29. p. 339. in cupressis etiam nidificant, ut §. XVII. ex Psalm. CIV, 17. didicimus. Qui locus pariter in suppeditata ejus nova versione robur ex modo observatis accipit. Vid. & Cl. LAMPII Diss. Philol. Theol. Vol. I. p. 577. sq.

XX. Sed jam videamus, an & in reliquis locis, ubi cedrorum nulla fit mentio, per ברושים *cupressi* commode possint intelligi. Occurrunt illa 2. Sam. VI, 5. Hos. XIV, 9. Nah. II, 4. Quantum ad 2. Sam. VI, 5. ubi David cum Israelitis lusisse memoratur בכל עצי ברושים sane nihil vetat, quo minus hæc verba reddamus *cujusvis generis instrumentis ex lignis cupressinis*. Cur enim David non ex lignis cupressinis æque instrumenta Musica parare potuisset, ac Salomo postea ex lignis pineis? Neque etiam Davidi ligna cupressina ex Libano deesse poterant; siquidem & cedrina inde a Sidoniis & Tyriis maxima copia accepisse legitur 1. Par. XXIII, 4. Imo cupressina etiam cum illis adducta esse, & verisimile est, & diserte ex EUPOLEMO refert EUSEBIUS Præp. Ev. Lib. IX. p. m. 263.

ubi inter alia illum de Davide perhibere scribit, αὐτὸν εὐτρεπίζειν τὰ πρὸς τὴν κατασκευὴν ἀνήκοντα, χρυσίον, ἀργύριον, χαλκὸν, λίθους, ξύλα ΚΥΠΑΡΙΣΣΙΝΑ καὶ κέδρινα, *ipsum parasse ea, quæ ad templi extructionem pertinerent, aurum, argentum, æs, lapides, ligna CUPRESSINA & cedrina.*

XXI. Jes. LV, 13. Propheta prædicens, desertum gentium, irrigatum *pluvia*, & *nive cœlesti*, ad Deum inaniter non reditura, ab hoc tempore exhibiturum esse Viros scientia viarum Dei, sanctimonia, pietate, & omni genere virtutum spectabiles, in fide & spe confirmatos, jugi influxu divinæ gratiæ semper virentes, Deo & Ecclesiæ delectabiles, loco hominum, gratia divina vacuorum, nullo succo veræ vitæ præditorum, nullam producentium veram frugem, aut frondem humano generi salutarem, ad terrena depressorum, & Ecclesiæ Dei in hisce terris *spineti* ac *dumeti* instar infestorum, ut sensum bene ob oculos ponit Doctissimus Vitringa, rem ita eloquitur: *Pro fruteto succrescet* ברוש *CUPRESSUS, & pro dumeto succrescet myrtus.* Hic autem ברוש non *fraxinum* significare, ut idem putat Vitringa, sed *cupressum*, patet ex loco parallelo Jes. XLI, 19. *Ponam in solitudine* ברוש *cupressum, pinum & cedrum pariter.* Ita enim verba reddenda esse, supra §. X. vidimus.

XXII. Hos. XIV, 9. Messias ita locutus introducitur: *Ego tanquam* ברוש *virens: ex me fructus tuus inventus est.* Sed & hic ברוש de *cupresso* commode accipere possumus. Nam epitheton רענן, *virens*, quod additur, judice doctissimo Pocockio Commentario Anglico ad h. l. declarat, de tali arbore hic sermonem esse, cui folia non decidunt. Talem autem arborem cupressum esse, testis est Plinius Lib. XVI. c. 20. Et Ambrosius in Psalm. CXVIII. Serm. 4. *Sola cupressus*, inquit, *nunquam vetere exuitur amictu, aut novo flore vestitur: solam ventus nunquam honore suo despoliat.* Et causam, cur semper vireat, nos docet Plutarchus Sympos. Lib. III. Quæst. 2. his quidem verbis: ἐλαίαν καὶ δάφνην, καὶ κυπάριττον ἀειθαλῆ διαφυλάσσει τὸ λιπαρὸν καὶ τὸ θερμὸν, ὥσπερ ὁ κιττός. *Oleam, laurum, ac cupressum semper virentem conservat pinguedo & calor, sicut & ederam.* Conf. Lampii Diss. Theol. Philol. Vol. I. p. 577. Cumque Messias præterea ad fructum aliquem arboris, cum qua se comparat, alludere videatur, cupresso etiam fructus tribuitur. Audiamus Theophrastum Lib. I. de Caus. Plant. c. 5. ταύτης (κυπαρίττου) γὰρ ὁ καρπὸς ὁ σφαιροειδής ἐστιν, ἀλλὰ τὸ ἐγγινόμενον ἐν τούτῳ λεπτὸν, καὶ ὥσπερ πιτυρῶδες, καὶ ἀμενηνόν. *Hujus* (cupressi) *enim fructus non id totum est, quod*

pilæ

pilæ speciem gerit, sed quod huic innascitur, tenue, exile, furfurosum. PLINIO etiam Lib. XVI. c. 33. cupressus dicitur *fructu supervacua, baccis torva.* Idem Lib. XVI. c. 27. scribit: *Trifera est & cupressus. Namque baccæ ejus colliguntur mense Januario, & Majo, & Septembri, ternasque earum gerit magnitudines.* Et baccas illas *galbulos* dictos esse, ex VARRONE Lib. I. de Re Rust. c. 40. constat. Nomenque illud procul dubio a *pinguedine*, quam Hebræi חלב dicebant, & a qua *galbanum* quoque, resina, PLINIO teste Lib. XII. c. 25. *gravis odore, & nidore, serpentes fugans,* appellatum, acceperunt. Et sicuti arbor ipsa *odore violenta* fuit, quemadmodum pariter PLINIO Lib. XVI. c. 33. describitur, ita etiam fortasse fructus ejus gravem odorem spirant, & propterea ad serpentes fugandos non minus, ac galbanum, sunt idonei. Et certe serpentes, sicuti in locis fragrantibus potissimum latebras suas habent, ita illas gravi odore fugari, etiam aliunde constat. Prius discimus ex DIODORO SICULO Lib. III. p. 180. ubi de fragrantissimis Arabiæ sylvis ita: Κατὰ γὰρ τοὺς ΕΥΩΔΕΣΤΑΤΟΥΣ δρυμοὺς ΟΦΕΩΝ ὑπάρχει πλῆθος, οἱ τὸ μὲν χρῶμα φοινικοῦν ἔχουσι, μῆκος δὲ σπιθαμῆς, δήγματα δὲ ποιοῦνται παντελῶς ἀνίατα. *Saltus enim FRAGRANTISSIMI SERPENTIBUS abundant, colore puniceo, longitudine spithamæ, & morsu plane immedicabili.* Sic & in tractu Jerichuntino, in quo balsamum, cyprus & myrobalanus provenit, (vid. JOSEPH. de Bell. Jud. Lib, V. c. 4. BOCHART. Hier. P. I. L. II. c. 51. RELAND. Palæst. L. I. c. 57. p. 383. & L. III. p. 794.) serpentes haut raros fuisse, ex illis SUIDÆ intelligimus: Πιαλέοις ὄφεσιν, ὡς διψαλέοις. ἰδίως τοῖς κατὰ τὸν Ἱεριχὼ μάλιστα εὑρισκομένοις, ἐξ ὧν οἱ ἰατροὶ ὡς τὰ πολλὰ τὴν θηριακὴν σκευάζουσιν. Πιαλέοις ὄφεσιν. *Serpentibus pinguibus.* Πιαλέοις autem formatum est, ut διψαλέοις. *Sic autem proprie dicuntur serpentes, qui circa Hierichuntem potissimum inveniuntur, ex quibus Medici Theriacam plerumque conficiunt.* Posterius, quod scilicet serpentes gravem odorem fugiant, discimus ex VIRGILIO Georg. III. v. 414. 415.

Disce & odoratum stabulis accendere cedrum,
Galbaneoque agitare graves nidore chelydros.

Ubi pro *graves* legendum videtur *gravi.* Sic & de filice herba, quæ Græcis πτέρις dicitur, SCHOLIASTES THEOCRITI ad Idyll. γ'. v. 14. Πτέρις δὲ εἶδος βοτάνης, ὁμοίας πτερῷ στρουθοκαμήλου, ἀφ' ἧς καὶ στιβάδες ἐπὶ κλίνης ἐγένοντο τῶν ἀγροίκων, διὰ τὴν μαλακότητα, καὶ διὰ τὸ ΑΠΟΔΙΩΚΕΙΝ ΤΗ ΟΣΜΗ ΤΟΥΣ ΟΦΕΙΣ. καλεῖται δὲ καὶ βληχρόν. *Πτέρις autem*

species

species herbæ, similis alæ struthocameli, ex qua etiam strata fiunt in lecto rusticorum, propter mollitiem, & quod SERPENTES GRAVI ODORE ABIGANT. Vocatur etiam βληχρόν. Per ὀσμὴν hic *gravem odorem* intelligendum esse, docet nos DIOSCORIDES Lib. IV. c. 186. ubi ita: Πτέρις, οἱ δὲ βλῆχνον, οἱ δὲ πολύῤῥιζον καλοῦσι, φύλλα ἐστὶν ἄκαυλα, καὶ ἀνανθῆ, καὶ ἄκαρπα ἐξ ἑνὸς μόσχου, καὶ πῆχυν τὸ μέγεθος, ἐντετμημένα καὶ ἀνηπτωμένα ὡς πτέρυξ, ΥΠΟΔΥΣΩΔΗ. Πτέρις, *aliis* βλῆχνον, *aliis* πολύῤῥιζον *vocatur. Folia habet sine caule, sine flore, & sine fructu. Ex uno illa pediculo exeunt, cubitali longitudine, multifida, & lateribus pennata, SUBGRAVI ODORE.* De eadem PLINIUS Lib. XXVII. c. 9. *Pterin Græci* (filicem) *vocant, alii blechnon, cujus ex una radice complures exeunt filices, bina etiam cubita excedentes longitudine, nec non GRAVES* (sic enim addita vocula *nec* legendum videtur pro *non graves*, ut vulgo impressum est) *ODORE.* Sicuti autem ex observatis verisimile, quod fructus cupressi gravem odorem spirent, & præterea certum est, quod serpentes gravem odorem fugiant, ita inde forsitan ratio peti potest, cur Messias promiserit, quod Ephraim ex ipso fructum quasi cupressi habiturus sit. Nempe eo ipso innuisse videtur, quod tale ipsis medium acquisiturus sit, quo Satanam, serpentem illum antiquum, fugare possint. Aliud adhuc emblema in fructu cupressi apud Prophetam vidit Eruditissimus LAMPIUS Diss. cit. p. 589. Ibi enim, cum Judæorum æque ac *Vatabli* & *Drusii* aliorumque sententiam retulisset, qui verba Prophetæ: *Ex me fructus tuus inventus est*, per oppositionem interpretantur, quasi diceretur: *Etiamsi abies aut cupressus sterilis sit, ego tamen ex mea omnisufficientia vobis fructum præstabo;* hæc addit: *Nihil tamen impedit, quo minus ipsi fructus cupressi hic in censam veniant. Istud enim singulare cum habeant, ut ter in anno conos edant, eosque granis minutissimis repletos, ex quibus mira fœcunditate tanta multitudo tam altarum arborum potest progigni, hinc fructificatio cupressi elegans erit emblema spiritualis seminis Christi, quod licet ab initio contemtissimum ac tenuissimum, vi tamen Spiritus Christi in prodigiosam multitudinem debebat excrescere. Ad hanc enim augmentationem prolis mysticæ præcedentia quoque respiciunt. Et hoc sibi procul dubio vult nomen* Ephraim *per singularem emphasin in versus nostri initio positum.* Ceterum si in verbis Prophetæ ex versione Latina Interpretis Arabici judicandum esset, ille pariter ברוש de *cupresso* exposuit. Sed illam erroris arguit laudatus POCOCKIUS, notans, quod *arar*, quæ apud Arabem legitur, non *cupressum*, sed *juniperum* significet.

XXIII.

XXIII. Accedimus ad Nah. II, 4. ubi ita legitur: *Clypeus fortium ejus rubet, viri exercitus coccino vestiti, igne quasi lampadum coruscant currus, in die, qua instruet prælium, &* הברושים *coruscant.* In his verbis per הברושים *hastas abiegnas* intelligunt CALVINUS, PISCATOR, TARNOVIUS, MUNSTERUS, aliique. Sed æque *cupressinas* posse intelligi, ex eo patet, quod PLINIUS, cupressos perticis fuisse adhibitas, referat. Cum enim Lib. XVI. c. 33. narrasset, duo esse cupressi genera, fœminam & marem, subjungit: *Utraque autem immittitur in PERTICAS asseresve amputatione ramorum, qui* XIII. *anno denariis singulis veneunt.* Sic & hastis sigillatim cupressum fuisse adhibitam LAMPIUS Diss. cit. p. 583. probat ex illa descriptione hastæ Capanei apud STATIUM Thebaid. v. 176.

Atque uni missilis illi
Cuspide præfixa stat frondibus orba cupressus.

Imo, si de Babyloniis apud Prophetam sermonem esse, cum nonnullis existimes, הברושים commodius de hastis *cupressinis* interpretari possumus. Nam abietes ibi frustra quæruntur, cupressi autem ibi inveniebantur. Unde Alexander classem ad Arabiam occupandam in Babylonia parans, non nisi lignis cupressinis ad illam usus est. ARRIANUS in Alexandro Lib. VII. p. 161. Λέγει δὲ, ὅτι καὶ ἄλλος αὐτῷ ἐναυπηγεῖτο στόλος, τέμνοντι τοὺς ΚΥΠΑΡΙΣΣΟΥΣ τὰς ἐν τῇ ΒΑΒΥΛΩΝΙΑ. Τούτων γὰρ ΜΟΝΩΝ τῶν δένδρων εὐπορίαν εἶναι ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Ἀσσυρίων, τῶν δ᾽ ἄλλων, ὅσα ἐς ναυπηγίαν, ἀπόρως ἔχειν τὴν γῆν ταύτην. *Dicit autem* (Aristobulus) *aliam quoque classem Alexandrum construxisse, cæsis CUPRESSIS, quæ erant in Babylonia. Harum enim SOLUM arborum in Assyriorum regione copiam esse. Aliarum autem, quæ conficiendis navibus sunt aptæ, inopia hanc terram laborare.*

XXIV. Equidem de cupressis etiam, an in Babylonia crescant, dubium alicui oriri posset ex eo, quod STRABO regionem illam nihil præter frutices & palmas ferre, & propterea e palmaceis trabibus & columnis ædificia ibi fieri, referat. Sic enim Lib. XV. p. 508. diserte scribit: Διὰ δὲ τῆς ὕλης σπάνιν ἐκ φοινίκων ξύλων αἱ οἰκοδομαὶ συντελοῦνται, καὶ δοκοῖς καὶ ξύλοις. περὶ δὲ τοὺς στύλους στρέφοντες ἐκ τῆς καλάμης σχοινία περιτιθέασιν, εἶτ᾽ ἐπαλείφοντες χρώμασι καταγράφουσι, τὰς δὲ θύρας ἀσφάλτῳ. ὑψηλαὶ δὲ καὶ αὗται, καὶ οἱ οἶκοι καμαρωταὶ πάντες διὰ τὴν ἀξυλίαν. ψιλὴ γὰρ ἡ χώρα, καὶ θαμνώδης ἡ πολλὴ, πλὴν φοίνικος. οὗτος δὲ πλεῖστος ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ, πολὺς δὲ καὶ ἐν Σούσοις, καὶ ἐν τῇ παραλίᾳ Περσίδι, καὶ ἐν τῇ Καρμανίᾳ. *In Babylonia propter li-*

gnorum penuriam e palmaceis trabibus & columnis ædificia faciunt. Circum columnas funes ex contortis calamis confectos ponunt, postea illinientes coloribus pingunt. Portæ bituminatæ & altæ sunt tam ipsæ, quam domus, quæ omnes propter lignorum penuriam fornicantur. Quippe regio magna ex parte nuda, nihil fert præter frutices & palmam: quæ & in Babylonia, & in Susiana, & in ora Persiæ, & in Carmania permulta est. Sed ipse tamen etiam STRABO p. 510. Alexandrum navigia ἐν τῇ ΒΑΒΥΛΩΝΙΑ συμπηξάμενον τῶν ἐν τοῖς ἄλσεσι ϰ̀ τοῖς παραδείσοις ΚΥΠΑΡΙΤΤΩΝ, *in BABYLONIA ex nemorum & hortorum CUPRESSIS construxisse*, ex ARISTOBULO memorat. Hæc autem facile inter se conciliari possunt, si dicamus, quod cupressi, in lucis & paradisis Babyloniæ occurrentes, ex aliis regionibus adductæ & plantatæ sint. Quemadmodum & in Media *nemora* voluptatis ergo *manu consita* fuisse, discimus ex CURTIO Lib. VII. c. 2. n. 22. Et certe circa Arbelam in Aractena regione, Babyloniæ vicina, cupressetum fuisse, rursus testatur STRABO Lib XV. p. 508. Περὶ Ἄρβηλα δέ ἐϛι, inquit, καὶ Δημητριὰς πόλις. εἶθ' ἡ τȣ̃ Νάφθα πηγὴ, καὶ τὰ πυρὰ, καὶ τȣ̃ τῆς Ἀναίας ἱερὸν, καὶ Σαδράκαι τὸ Δαρείȣ τȣ̃ Ὑϛάσπȣ βασίλειον, καὶ ὁ Κυπαρισσὼν, καὶ ἡ τȣ̃ Κάπρȣ διάβασις, συνάπτȣσα Σελευκείᾳ, καὶ Βαβυλῶνι. *Circa Arbela est urbs Demetrias: deinde Naphthæ fons, & ignes, & templum Anææ, & Sadracæ, Darii Hystaspis filii regia, & Cupressetum, & Capri trajectus, jam ad Seleuciam & Babyloniam pertinens.* Conf. BOCHARTUM Phal. Lib. I. c. 4. p. 27.

XXV. Neque Medis etiam, si de illis apud Prophetam sermonem esse cum eruditissimo HUETIO Dem. Ev. Prop. IV. p. 505. ed. Lips. probabilius statuas, hastæ cupressinæ deesse poterant. Namque habitabant illi in Tauro, in quo, ut cedri & aliæ arbores, ita etiam cupressos, quæ summa montium juga, ubi nives nunquam absunt, teste PLINIO Lib. XVI. c. 33. amant, & in plurimis Asiæ montibus crescunt, inventas esse, verisimile. Vel aliunde etiam ad illos perferri potuerunt. Sententiæ vero, quod de Medis ibi sermo sit, favet, quod milites, quibus hastas cupressinas Propheta tribuit, tanquam מתלעים h. e. *coccino vestiti* delineantur. Medorum enim milites ita vestitos fuisse, verisimile ex eo, quod & milites Persarum ejusmodi habitu incesserint, & Persæ, ut multa alia, ita & militarem habitum a Medis acceperint. Quod enim Persarum milites ejusmodi habitu incesserint, argumento est *tunica punicea*, qua Masistius Persa, qui in Platæensi acie cecidit, super thoracem indu-

indutus fuit. Sic enim de illo HERODOTUS Lib. IX. cap. 22. Ἐντὸς θώρηκα εἶχε χρύσεον λεπιδωτόν. καθύπερθε δὲ τῦ θώρηκ⊙ ΚΙΤΩΝΑ ΦΟΙΝΙΚΕΟΝ ἐνεδεδύκεε. *Intus gerebat thoracem aureis squamis consertum, desuper TUNICAM PUNICEAM indutus erat.* Et de Cyri militibus XENOPHON Lib. VI. Pæd. init. ὡπλισμένοι δὲ πάντες ἦσαν οἱ περὶ τὸν Κῦρον τοῖς αὐτοῖς Κύρῳ ὅπλοις, χιτῶσι φοινικοῖς, θώραξι χαλκοῖς, κράνεσι χαλκοῖς, λόφοις λευκοῖς, μαχαίραις, παλτῷ κρανείῳ ἐνὶ ἕκαςΘ. *Erant autem omnes, qui cum Cyro erant, iisdem armis instructi, quibus Cyrus, TUNICIS PUNICEIS, loricis æneis, æreis galeis, conis albis, & cornea quisque tragula.* Conf. & quæ ex PLUTARCHI Artaxerxe observat BRISSONIUS de Regn. Perf. Lib. III. §. 25. p. 661. Quod vero Persæ multa a Medis acceperint, sive multos eorum mores & instituta imitati sint, docet STRABO Lib. XI. p. 362. Verba ejus, quæ adscribi merentur, ita sese habent: Ἔθη δὲ τὰ πολλὰ μὲν τὰ αὐτὰ τύτοις (Μήδοις) τε, καὶ τοῖς Ἀρμενίοις, διὰ τὸ καὶ τὴν χώραν παραπλησίαν εἶναι. Τὺς μέντοι Μήδυς ἀρχηγέτας εἶναι φασὶ καὶ τύτοις, καὶ ἔτι πρότερον Πέρσαις τοῖς ἔχυσιν αὐτὺς, καὶ διαδεξαμένυς τὴν τῆς Ἀσίας ἐξυσίαν. Ἡ γὰρ νῦν λεγομένη Περσικὴ ςολὴ, καὶ ὁ τῆς τοξικῆς καὶ ἱππικῆς ζῆλΘ, καὶ ἡ περὶ τὺς βασιλέας θεραπεία, καὶ κόσμΘ καὶ σεβασμὸς θεοπρεπὴς παρὰ τῶν ἀρχομένων εἰς τὺς Πέρσας παρὰ τῶν Μήδων ἀφῖκται. Καὶ ὅτι τῦτ' ἀληθὲς, ἐκ τῆς ἐσθῆτΘ μάλιςα δῆλον. Τιάρα γάρ τις καὶ κίδαρις καὶ πῖλΘ, καὶ χειριδωτοὶ χιτῶνες, καὶ ἀναξυρίδες, ἐν μὲν τοῖς ψυχροῖς τόποις, καὶ προσβόροις, ἐπιτήδειά ἐςι φορήματα, οἷοι εἰσὶν οἱ Μηδικοὶ ἐν δὲ τοῖς νοτίοις ἥκιςα. Οἱ δὲ Πέρσαι τὴν πλείςην οἴκησιν ἐπὶ τῇ ἐρυθρᾷ θαλάττῃ κέκτηνται, μεσημβρινώτεροι καὶ Βαβυλωνίων ὄντες, καὶ Συσίων. Μετὰ δὲ τὴν κατάλυσιν τὴν τῶν Μήδων προσεκτήσαντό τινα καὶ τῶν προσαπτομένων Μηδίᾳ. Ἀλλ' ὕτως ἐφάνη σεμνὰ, καὶ τῦ βασιλικῦ προσχήματΘ οἰκεῖα τὰ ἤθη τοῖς νικήσασι, καὶ τὰ τῶν νικηθέντων, ὥςτ' ἀντὶ γυμνητῶν, καὶ ψιλῶν, θηλυςολεῖν ὑπέμειναν, καὶ καταρεφεῖς εἶναι τοῖς σκεπάσμασι. *Mores fere communes sunt Medis atque Armeniis: quia & regio adsimilis est. Medos tamen principes autoresque fuisse & his istorum ferunt, & Persis, qui Media occupata in dominationem Asiæ successerunt. Nam qui nunc dicitur Persicus vestitus, & sagittandi ac rei equestris summum studium, regumque cultus, ornatus, & honores quasi divini regibus a subditis qui habentur, a Medis sunt profecta. Idque verum esse, maxime e vestitu apparet: nam tiara, pileus, manicatæ tunicæ, & braccæ in frigidis locis & aquilonaribus, ut sunt Mediæ, gestamen sunt commodum, in austrinis minime. Persæ autem habitationem suam ut plu-*

rimum habent ad rubrum mare, meridionaliores Babyloniis & Susiis. Sed eversis Medis etiam quædam Mediæ contermina in suam redegerunt potestatem. Sed victoribus ita ob majestatem & regio ornatui convenientem dignitatem placuerunt a victis Medis recepta, ut nuditati & levissimo vestitui muliebrem stolam ac vestem ad talos dependentem prætulerint. Conf. & XENOPHONTEM Pæd. Cyr. Lib. I. p. 6. Imo & ipsam Medorum armaturam, & habitum bellicum Persis usu receptum fuisse, HERODOTUS auctor est. Cum enim ille Lib. VII. cap. 61. de exercitu Xerxis agens, scripsisset: Πέρσαι μὲν ὧδε ἐσκευασμένοι. περὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσι εἶχον τιάρας, καλεομένους πίλους, ἀπαγέας· περὶ δὲ τὸ σῶμα κιθῶνας χειριδωτοὺς, λεπίδος σιδηρέης ὄψιν ἰχθυοειδέος· περὶ δὲ τὰ σκέλεα ἀναξυρίδας· ἀντὶ δὲ ἀσπίδων γέῤῥα· ὑπὸ δὲ, φαρετρεῶνες ἐκρέμαντο· αἰχμὰς δὲ βραχέας εἶχον, τόξα δὲ μεγάλα, ὀϊστοὺς δὲ καλαμίνους· πρὸς δὲ ἐγχειρίδια παρὰ τὸν δεξιὸν μηρὸν παραιωρευμένα ἐκ τῆς ζώνης. *Persæ hunc in modum armati: circa capita gestabant pilea, quæ tiaras vocant, non densata: circa corpus tunicas, manicis auctas, varii coloris, e squamis ferreis, ut intuentibus piscium similitudinem præbeant: braccas circa crura: pro clypeis gerra, pharetris subter pendentibus: hastas breves, arcus grandes, sagittas arundineas: ad dextrum femur pugiones e baltheo suspensos;* paulo post addit: Μῆδοι δὲ τὴν αὐτὴν ταύτην ἐσταλμένοι ἐστρατεύοντο. Μηδικὴ γὰρ αὕτη ἡ σκευή ἐστι, καὶ οὐ Περσική. *Medi eodem habitu instructi militabant. Nam hæc armatura Medica est, non Persica.* Et in verbis illis κιθῶνες χειριδωτοὶ ποικίλοι, *tunicæ manicatæ variegatæ* procul dubio eædem sunt, quæ XENOPHONTI loco antea adducto χιτῶνες φοινικοὶ, *tunicæ puniceæ*, quasque Persas gestasse ille refert. Et ποικίλοι, *variegatæ* dici illæ poterunt, quod vel alio colore, vel figuris etiam in eodem colore distinctæ fuerint. Quemadmodum & σαράγης, vel, ut HESYCHIO & ATHENÆO scribitur, σάραπις vestis Medorum purpurea fuit albo distincta. POLLUX Lib. VII. c. 13. ὁ δὲ Σαράγης Μήδων τι φόρημα, πορφυροῦς μεσόλευκος χιτών. *Sarages, tunica purpurea, albo distincta, quam Medi gestant.* Conf. de illa BRISSON. de Regn. Perf. Lib. II. §. 189. p. 549. & RELAND. Diss. Misc. P. II. p. 230. Equidem, si verba HERODOTI, prout vulgo sese habent, introspicimus, facile nos commovere illa possent, ut κιθῶνας χειριδωτοὺς ποικίλους de *loricis* potius, quam de *tunicis*, accipiamus. Quæ enim sequitur descriptio, qua λεπίδος σιδερέης ὄψιν ἰχθυοειδέος, *ex squamis ferreis, ut intuentibus piscibus similes videantur*, fuisse dicuntur, loricarum omnino est propria. Nam supra vidimus, quod HERODOTUS

Masi-

Masistio, Persæ, θώρηκα χρύσεον λεπιδωτὸν, *loricam, aureis squamis consertam*, tribuerit. Et loricæ illæ alias vocantur θώρακες φολιδωτοί. Docetque nos ex HELIODORO magnus BOCHARTUS Phal. Lib. III. c. 13. p. 218. qua ratione loricæ illæ squamatæ fabrefactæ fuerint. Et Græcis æque ac Romanis tales loricas in usu fuisse, constat. Sic enim PAUSANIAS Lib. IX. cap. 26. p. 761. de Cleostrato: χαλκοῦν θώρακα ἐποιήσατο ἔχοντα ἐπὶ ἑκάστῃ τῶν φολίδων ἄγκιστρον ἐς τὸ ἄνω. *Faciebat sibi loricam æneam in singulis squamis hamum resupinatum habentem.* Vide & quæ de Romanis observat LIPSIUS de Mil. Rom. Lib. II. Dial. 6. p. 129. Imo Philistæis etiam tales loricas non ignotas fuisse, patet ex 1. Sam. 17, 5. ubi Goliathus שריון קשקשים *lorica squamarum*, vel, juxta VULGATUM, *lorica squamata*, indutus dicitur. LXX. ibi vertunt θώρακα ἁλυσιδωτὸν, *loricam catenatam*, h. e. e tenuibus annulis ferreis seu hamis consertam. Quales loricas & Antiochi milites gestasse, ex 1. Macc. VI, 35. discimus. De iisdem POLLUX Lib. I. cap. 10. segm. 135. Θώρακες δὲ οἱ μὲν φολιδωτοὶ, οἱ δὲ ἐξ ἁλύσεων. *Thoracum alii squamati, alii catenati.* Conf. & quæ ex aliis de iisdem afferunt summi Viri, LIPSIUS l. c. & EZECH. SPANHEMIUS ad JULIAN. p. 249. *Homero* lorica, aliis ἁλυσιδωτὸς dicta, vocatur στρεπτὸς χιτὼν, *torta tunica.* Sic enim ad Il. ε. v. 113.

Αἷμα δ' ἀνηκόντιζε διὰ στρεπτοῖο χιτῶνος,

Sanguis autem rursus ebulliit per tortam tunicam,

SCHOLIASTES: Τοῦ ἁλυσιδωτοῦ (vulgo vitiose legitur ἀλυσειδωτοῦ) σιδήρου κρικωτοῦ θώρακος, *catenatæ ex annulis ferreis loricæ.* HESYCHIUS: Στρεπτοῖο χιτῶνος, τοῦ ἁλυσιδωτοῦ θώρακος, ἢ τοῦ θώρακος τοῦ ὑποδύτου. Στρεπτοῖο χιτῶνος, *catenatæ loricæ, vel loricæ interioris.* Res igitur clara, ut ad HERODOTUM redeam, quod descriptio, quæ post verba ejus κιθῶνας χειριδωτοὺς ποικίλους, legitur, magis *loricas*, quam *tunicas*, repræsentet. Sicuti autem non minus manifestum, quod κιθῶνες χειριδωτοὶ ποικίλοι eædem sint tunicæ, quæ XENOPHONTI χιτῶνες φοινικοὶ, *tunicæ puniceæ*, & ex alio præterea HERODOTI loco, imo & PLUTARCHI Artaxerxe p. 1016. pateat, quod Persæ super loricam tunicam puniceam gesserint, dicere fere ausim, quod in verbis HERODOTI adductis aliquid exciderit, hoc, ni fallor, modo supplendum: περὶ τὸ σῶμα κιθῶνας χειριδωτοὺς ποικίλους, (καὶ θώρηκας) λεπίδος σιδηρέης &c. Videmus ergo, quod Medorum æque ac Persarum milites puniceis vestimentis induti fuerint. Ceterum, qui de Lacedæmoniis aliisque populis, qui puniceis & rubris vestimentis in

bello usi sint, scire cupit, adeat CRAGIUM de Rep. Lac. Lib. III. Tab. 6. Inst. 6. p. 259. ed. Lugd. Bal. 1670. 8. MEURSIUM Misc. Lac. Lib. II. c. 19. p. 188. HERALDUM Advers. Lib. I. c. 8. p. 37. NAUDÆUM de Stud. Milit. Lib. I. c. 28. p. 331. & testimoniis veterum, ab illis observatis adjungat SCHOLIASTAM ARISTOPH. Acharn. v. 359. & in Pac. v. 1173. & SUIDAM in Καταξάινειν εἰς φοινικίδα.

XXVI. Sed jam satis, ut puto, evictum est, quod in omnibus Scripturæ locis, ubi τῶν ברושים fit mentio, *cupressi* commodissime possint intelligi. Atque adeo vel inde etiam sententia nostra multum roboratur. Illi præterea haut leve robur addit testimonium EUPOLEMI, qui non solum, ut supra §. XX. vidimus, Davidem ligna cupressina ad templum ædificandum inter alia parasse, sed etiam Salomonem iisdem lignis in templi extructione usum fuisse, memorat. Namque ALEXANDER Polyhistor apud EUSEBIUM Præp. Ev. Lib. IX. p. 264. ex illo refert, Salomonem οἰκοδομεῖν ἐναλλὰξ δόμον λίθινον, καὶ ἔνδεσμον ΚΥΠΑΡΙΣΣΙΝΟΝ, πελεκίνοις χαλκοῖς ταλαντιαίοις, καταλαμβάνοντας τοὺς β΄ δόμους. οὕτω δ' αὐτὸν οἰκοδομήσαντα ξυλῶσαι ἔξωθεν κεδρίνοις ξύλοις καὶ ΚΥΠΑΡΙΣΣΙΝΟΙΣ, ὥς τε τὴν λιθίνην οἰκοδομὴν μὴ φαίνεσθαι. --- οἰκοδομῆσαι δὲ καὶ τὰς πύλας τοῦ ἱεροῦ καὶ κατακοσμῆσαι χρυσίῳ καὶ ἀργυρίῳ, καὶ καταστεγάσαι φατνώμασι κεδρίνοις καὶ ΚΥΠΑΡΙΣΣΙΝΟΙΣ, *ædificasse alternatim contignationem lapideam, & CUPRESSINAM, securibus ferreis magni ponderis, ita ut una alteri adhæserit. Ita autem duas contignationes illas extructas extrinsecus illum texisse lignis cedrinis & CUPRESSINIS, ita ut lapides non apparuerint. Ædificasse præterea & valvas templi & ornasse auro & argento, fornicemque desuper cedrinis & CUPRESSINIS ex tabulis sinuasse.*

XXVII. Majus vero adhuc sententia nostra pondus accipit testimonio IOSEPHI, qui Lib. VIII. c. 2. Antiqu. Hiramum, Tyriorum Regem, Salomoni, Libani ligna ab ipso petenti, ita respondisse scribit: Βασιλεὺς Εἵραμος, βασιλεῖ Σολομῶνι. Τὸν μὲν Θεὸν εὐλογεῖν ἄξιον, ὅτι σοι τὴν πατρῴαν παρέδωκεν ἡγεμονίαν, ἀνδρὶ σοφῷ, καὶ πᾶσαν ἀρετὴν ἔχοντι. Ἐγὼ δὲ τούτοις ἡδόμενος, ἅπαντα ὑπουργήσω τὰ ἐπεσταλμένα. Τεμὼν γὰρ ξύλα πολλὰ καὶ μεγάλα κέδρου τε καὶ ΚΥΠΑΡΙΣΣΟΥ, διὰ τῶν ἐμῶν ἐπὶ θάλασσαν καταπέμψω, καὶ κελεύσω, τοὺς ἐμοὺς σχεδίαν πηξαμένους, εἰς ὃν ἂν βουληθῇς, τόπον τῆς σαυτοῦ χώρας πλεύσαντας ἀποθέσθαι. *Rex Hiramus Regi Salomoni. Dignum est equidem, ut benedicatur Deus, quod tibi paternum tradidit imperium, viro sapienti, & omni virtute ornato. Ego vero hisce delectatus, omnia, quæ per literas desiderasti, subministrabo.*

Succi-

Succidens enim ligna multa & magna, cedrina æque ac CUPRESSINA *per meos ad mare mittam, præcipiens, ut, ratibus factis, navigantes ad locum regionis tuæ, quemcunque volueris, ea deponant.* Quamvis enim iisdem verbis Epistolam Hirami ad Salomonem minus conceptam esse, exemplum ejus, a scriptore θεοπνεύςῳ 2. Paral. II, 11. sqq. in literas relatum, doceat, atque adeo, quæ IOSEPHUS postea de exemplis ejusdem Epistolæ suo adhuc tempore in tabulis Tyriorum ita, prout recitaverat illam, extante scribit, merito suspecta alicui videri possint, tamen, cum argumentum ejus argumento, 1. Reg. V, 8. sqq. enarrato, simile sit, & utrobique duo lignorum genera Rex Tyriorum Salomoni promittat, vel hoc inde manifestum, quod Josephus, qui Epistolam illam Græce a se translatam exhibuit, alterum illorum genus, ברושים, vel, ut Tyrii pronunciasse videntur, ברותים de *cupressis* pariter interpretatus sit. Ejusque auctoritas hic magni omnino facienda est. Nam ille gente erat Judæus, & eo tempore, & in illa regione vivebat, ut, quid Hebræis ברושים, & Tyriis ברותים essent, ipsi non posset esse ignotum. Ceterum fallitur Celeberrimus CLERICUS, quum in Comm. ad 1. Reg. V, 3. ad fidem IOSEPHI de literis Hirami infringendam inter alia scribit, quod in Historia sacra harum literarum nulla mentio fiat, sed tantum mandatorum, quæ legatis erant data. Nam 2. Paral. II, 10. diserte ita legitur: ויאמר חורם מלך צור בכתב וישלח אל שלמה *Et dicebat Hiramus Rex Tyri per literas, & mittebat ad Salomonem.*

XXVIII. Denique accedit auctoritas ALEXANDRINORUM, aliorumque Interpretum, qui in multis locis ברושים κυπαρίσσȣς, *cupressos*, interpretati sunt. Conf. §. XXX. & Cl. LAMPII Diss. Philol. Theol. P. I. p. 576. Quem eruditissimum Virum cum sententiæ meæ, quam dudum de ברושים fovi, & aliis etiam per literas exposui, ὁμόψηφον deprehenderim, multum me in illa confirmatum esse, profiteor.

XXIX. Valeant ergo, qui ברושים, ut alibi, ita etiam 2. Paral. II, 8. de aliis arboribus interpretati sunt. Cum vero præter Interpretes potissimum URSINUS pro *abietibus* pugnet, argumenta ejus paululum examinemus. Eo illa redeunt, quod omnia, quæ de BEROSCHIM dicuntur, abieti satis conveniant, non fraxino, neque æque omnia cupresso, & Vulgatus fere constanter illas de *abietibus* exposuerit, eumque plerumque Latini & nostri Interpretes secuti sint. Vid. Arbor. Bibl. cap. IV, p. 86. & cap. XVIII, p. 268. Sed, quod

quod non omnia, quæ de *Beroſchim* dicuntur, abietibus conveniant, facile oſtendi poteſt. Primo enim, cum ברושים paſſim cum cedris Libani conjunguntur, abietes ibi propterea non poſſunt intelligi, quod arbores illas in Libano minus, vel certe rarius proveniſſe, aliunde colligamus. Nam, teſte PLINIO Lib. XVI. c. 40. *in Ægypto ac Syria Reges inopia abietis cedro ad claſſes feruntur uſi.* Abietes ergo in Syria, atque adeo in Libano, qui mons erat Syriæ, defecerunt. Quod ipſum etiam ex DIODORO firmari poteſt. Ille enim cum narraſſet, quod Antigonus Syriæ Rex ligna ad claſſem, contra Ægypti & Græciæ Reges inſtruendam, ex Libano petierit, & declarare vellet, quod mons ille ligna, navibus apta, produceret, lignis cedrinis, pineis & cupresſinis illum refertum eſſe, memorat, nullam autem abietum mentionem facit. Verba ejus ſupra §. III. jam vidimus. Procul dubio autem abietum pariter mentionem feciſſet, ſi illæ in Libano provenirent; ſiquidem earundem arborum ligna navibus commoda jam olim fuerunt habita. Sic enim THEOPHRASTUS Lib. V. c. 8. ἐλάτη μὲν καὶ πεύκη καὶ κέδρος, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ναυπηγήσιμα. Τὰς μὲν γὰρ τριήρεις καὶ τὰ μακρὰ πλοῖα ἐλάτινα ποιοῦσι διὰ κουφότητα. *Abies, pinus, cedrus, ut ſummatim dicam, ſunt aptiſſimæ navibus. Triremes enim atque longa navigia ex abiete levitatis gratia faciunt.* Et non longe poſt: ἐλάτη μὲν οὖν καὶ πεύκη, καθάπερ εἴρηται, καὶ πρὸς ναυπηγίαν, καὶ πρὸς οἰκοδομίαν, καὶ ἔτι πρὸς ἄλλα τῶν ἔργων χρήσιμος ἐστιν. *Abies & pinus, ut diximus & domibus, & navibus, & aliis pleriſque commodiſſimæ ſunt.* Conf. & IO. BODÆI a STAPEL not. p. 535. Deinde, cum ligna τῶν ברושים ad templum Hieroſolymitanum, & valvas ejus adhibita fuiſſe leguntur, abiegna ibi non ita commode ac cupresſina locum habere poſſunt. Templum enim non unum ſed plura ſecula ſtare debebat. Sed aſſeres abiegnos ab carie & vetuſtate celeriter vitiari, & VITRUVIUS docet Lib. VII. c. 3. & experientia confirmat. Non ergo credibile, quod ejusmodi ligna Rex ſapientiſſimus ad templum adhibuerit, cum præſtantiora, &, quæ ætatem ferre poterant, abunde ipſi ſuppeterent. Videmus igitur, quod non omnia, quæ de ברושים in ſacris memorantur, abietibus conveniant. Sed aliter rem ſe de cupresſis habere, jam ſatis, ut puto, oſtendimus.

XXX. VULGATO autem, ad quem provocat URSINUS, aliisque Interpretibus opponere poſſumus vetuſtiores ALEXANDRINOS, quibus non

non solum ברוש 2. Paral. II, 8. est ἀρκεύθινον sc. ξύλον, *juniperinum lignum*, & Hos. XIV, 8. ἄρκευθος, *juniperus*; 2. Paral. III, 5. κέδρινον, *cedrinum*: Ezech. XXVII, 5. κέδρος *cedrus*; 3. Reg. V, 10. πεύκη, *pinus*; 3. Reg. V, 8. VI, 15. 34. IX, 11. πεύκινον, *pineum*; Ezech. XXXI, 8. Zach. X, 2. πίτυς, *pinus*; sed etiam 4. Reg. XIX, 23. מבחר ברושיו iidem reddunt τὰ ἐκλεκτὰ τῶν κυπαρίσσων αὐτοῦ, *selectissimas cupressos ejus*. Et in omnibus Jesaiæ locis, ubi τῶν ברושים sit mentio, si unicum excipias c. XIV, 8. ubi generalius exponuntur per ξύλα Λιβάνου, *ligna Libani*, constanter κυπάρισσοι, *cupressi*, ipsis intelliguntur. Vid. cap. XIX, 23. XXXVII, 24. XLI, 19. LV, 13. LX, 13. Sic etiam Cant. I, 17. ברותים, quas cum ברושים easdem esse arbitror, in Græca eorundem versione sunt κυπάρισσοι, & VULGATO, *cupressi*. Pariter SYMMACHUS Es. XLI, 19 ברוש reddit κυπάρισσον, ubi *al.* βράθυ θιδαάρ. Sic enim pro βραυδαάρ, vel βραθυδαάρ, ut ex MS. Laud. legendum censet Doctiss. GRABIUS de Vitiis LXX. Int p. 121. reponendum puto. Nam, ut ברוש per βράθυ, ita תדהר quod in textu Hebr. sequitur, per θιδαάρ procul dubio expressum. SYMMACHUS etiam Es. LV, 14. & LX, 13. ברוש interpretatur per βράθυ, quo *sabinam* vel *Creticam cupressum* denotari, supra vidimus §. XIV. Ita etiam posteriori Prophetæ loco THEODOTION. Denique Interpreti incerto in Hexaplis ORIGENIS, Cel. MONTFAUCONO editis, Ps. CIII. vel juxta alia exemplaria CIV, 17. ברושים redduntur κυπάρισσοι. Ut adeo vox illa Græcis frequentius de *cupressis*, quam de aliis arboribus, nuspiam vero de *abietibus* exponatur.

XXXI. Superest, ut אלגומים, vel, ut alias dicuntur, אלמוגים *pinus* esse, pariter confirmemus. Primo autem nomen ipsum pinis convenit, sive AVENARII, sive HUETII sententiam de illo amplectamur. AVENARIUS enim in Diction. derivat illud ex אל particula negativa, & Rad. מוג *dissolutus est*, quia indigitentur talia ligna, quæ *non facile dissolvantur, aut computreant*. Ligna autem pinea talia esse, ex iis, quæ supra observata sunt, palam est. HUETIUS vero de Navig. Salom. Cap. VI. §. 4-6. probabile esse existimat, in voce אלמוגים τὸ אל esse articulum, ut in *Alcair*, *Alchimia*, *Almanach*, & גומים respondere τῷ κόμμι, quod nobis est *gummi*, atque adeo אלגומים esse ligna *resinâ abundantia*. Eandemque sententiam suam fecit eruditissimus IAC. HASÆUS Diss. de רכבים in Bibl. Brem. Class. II. p. 492.

Et ſane pinos reſina abundare, docet THEOPHRASTVS Lib. VIII. c. 2, p. 968. Πλείςη δὲ ἡ πευκίνη (ῥητίνη) καὶ βαρυτάτη καὶ πιτ]ωδεςάτη, διὰ τὸ μάλιςα ἔνδαδον εἶναι τὴν πεύκην. *Copioſiſſima autem & ponderoſiſſima, & piceoſiſſima (reſina) quæ ex pino. Tæda enim pinus referta eſt.* Idem Lib. III. c. 10. p. 159. pinum πίτ]αν εὐώδη καὶ πολλὴν, *picem odoratam & copioſam* ſtillare refert. Hinc lignum pineum in ſacris alias עץ שמן, *lignum pinguedinis*, dicitur. Equidem alii aliter de hoc ligno ſentiunt. Nam ALEXANDRINI 3 Reg. VI, 31. 33. עץ שמן ξύλον ἐλαίας, *lignum olivæ*, 3. Reg. VI, 22. & Nehem. VII, 15. ξύλον κυπαρίσσινον, *lignum cupreſſinum*, interpretantur. VULGATUS quoque 3. Reg. & Jeſ. locis citatis *lignum olivæ*, ſed Nehem. VIII, 15. *lignum pulcherrimum* exponit. EDM. CASTELLUS putat, eandem eſſe arborem, quæ הדר dicitur Levit XXIII, 40. & quam *citriam malum* interpretantur. Sunt etiam, notante VATABLO, qui *cedrum*, ſunt qui *balſami lignum* in illo quærunt. Sed mihi nullum eſt dubium, quin præferenda ſit verſio ALEXANDRINORUM 3. Reg VI, 32. qua, דלתות עצ שמן reddunt θύρας ξύλων πευκίνων, *oſtia ex lignis pineis*. Nam tres tantum lignorum ſpecies Salomo ad templum ædificandum e Libano petiit, & totidem ſpecies in eodem templo tantum uſum habuiſſe, ex 1. Reg. VI. manifeſtum. Cum enim ibi narratur, quomodo, & ex quibus lignis templum extructum ſit, non alia ligna memorantur, quam ארזים *cedri*, ברושים *cupreſſi*, & עצי שמן. Veritati igitur vel maxime conſentaneum, quod עצי שמן eadem ſint ligna, quæ אלגומים 2. Par. II, 8. audiunt. Atque adeo, ſi hæc ſunt pinea, illa etiam non poſſunt non pro iisdem lignis haberi. Quemadmodum etiam de illis accepit R. SALOMO Ben Melech ad 1. Reg. VI, 32. Sic & KIMCHIUS ad Jeſ. XLI, 19. de עצ שמן: הוא שקורין לו בלעז פי״ן הוא עצ שמן והשמן היוצא ממנו הוא הזפת *Hæc eſt arbor, quam in lingua peregrina PINUM vocant, & oleum, quod inde fluit, eſt pix.* Addit, IONATHANEM quoque ita interpretari, & rationem ſubjungit, cur de *olea* non poſſit accipi, quia ſcilicet apud Eſram foliorum oleæ, & arboris שמן tanquam duarum a ſe invicem diſtinctarum arborum fiat mentio. Neque eſt, quod alicui cum URSINO Arbor. Bibl. cap. III. p. 80. propterea minus probabile videatur, עצ שמן eſſe *pinum*, quod neſciat, *quæ fuerit ratio, cur pinus hoc nomen quaſi proprium haberet.* Hoc enim procul dubio inde factum, quod præ ceteris arboribus pinguedine, ſive reſina & pice abundet.

XXXII.

XXXII. Deinde in locis Scripturæ, quibus alias τῶν אלגומים sive אלמוגים fit mentio, pinus commodissime possunt accipi. Eorum autem duo saltem perlustranda occurrunt. Prior 1. Reg. X, 11. 12. ita sese habet: *Et classis Hirami, quæ aurum advexerat ex Ophir, ex eadem regione attulit magnam valde copiam lignorum* אלמגים, *& lapidem pretiosum. Fecitque Rex ex lignis* אלמגים *fulcra domus Domini, & domus regiæ, & citharas lyrasque cantoribus. Non sunt allata hujusmodi ligna* אלמגים, *neque visa in hunc usque diem.* Posterior illi parallelus 2. Paral. IX, 10. 11. legitur his verbis: *Et servi Hirami cum servis Salomonis, qui attulerunt aurum ex Ophir, adduxerunt etiam ligna* אלגומים, *& lapidem pretiosum. Et fecit Rex e lignis* אלגומים *gradus in domo Domini, & in domo regia, citharas quoque & psalteria cantoribus: nunquam visa sunt antea talia ligna in terra Juda.* In his locis, ut probem, quod ligna אלמגים, vel, ut etiam exigua unius literæ transpositione pronunciantur, אלגומים commodissime de *pinis* exponi possint, primo quidem pono, quod *Ophir* non alia sit regio, quam Iberia, seu Hispania: Hoc enim solide demonstravit Doctissimus OLDERMANNUS in erudita Dissertatione de *Ophir* & *Tarsis* Helmstad. Ao. 1714. edita. Ejusque sententiam pluribus se illustraturum promisit IAC. HASÆUS Diss. supra §. 30. laudata p. 473. Et procul dubio promissis suis stetisset, nisi morte, quod summopere dolendum, præmatura fuisset extinctus. Deinde observo, quod prope Iberiam sive Hispaniam insula occurrat & pinis, & colonia Phœnicum, eo deducta, celebris. Est illa *Ebusus*, hodie *Yvica*, antea vero etiam *Pityusa* appellata. Hoc ipsum vero nomen illam accepisse ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἐν αὐτῇ φυομένων πιτύων, *a copia pinorum, quæ in ea nascuntur*, scribit DIODORUS Lib. V. p. 297. Sic & resinas pineas, ex hac insula allatas, laudat DIOSCORIDES Lib. I. c. 93. Κομίζονται δὲ, inquit, διάφοροι ἐκ Πιτυούσης τῆς νήσου, ἥτις κεῖται κατὰ τὴν Ἱσπανίαν. *Præstantiores autem afferuntur ex insula Pityusa, quæ Hispaniæ objacet.* In eandem vero insulam Phœnicum coloniam fuisse deductam, pariter testatur DIODORUS l. c. Nam urbem ejus Eresum ita describit: Πόλιν ἔχει τὴν ὀνομαζομένην Ἔρεσον, ἄποικον Καρχηδονίων. Ἔχει δὲ καὶ λιμένας ἀξιολόγους, καὶ τειχῶν κατασκευὰς εὐμεγέθεις, καὶ οἰκιῶν πλῆθος εὖ κατεσκευασμένων. Κατοικοῦσι δ' αὐτὴν βάρβαροι παντοδαποὶ, πλεῖστοι δὲ ΦΟΙΝΙΚΕΣ. Ὁ δ' ἀποικισμὸς αὐτῆς γέγονεν ὕστερον ἔτεσιν ἑκατὸν ἑξήκοντα τῆς κατὰ τὴν Καρχηδόνα κτίσεως. *Urbem habet Eresum Carthaginensium coloniam, portu commodo instru-*

ctum, & mœnibus bene magnis, domibusque quamplurimis elegantis structuræ. Barbarorum in ea habitat colluvies, sed maxima pars PHOENICUM. Quorum colonia eo deducta est annis CLX. post conditam Carthaginem. Idque in Romuli aut Numæ tempus incidere, docet BOCHARTUS Chan. Lib. I. c. 36. p. 706. qui etiam tam nomen insulæ *Ebusus* ex voce Phœnicia יבושה, quæ *exsiccatam* notat, quod ficus siccæ inde exportatæ fuerint, quam urbis *Eresi* ex ארז, generali arborum resiniferarum nomine, & Arabibus de *pinu* usurpato deducit. Sicuti autem resinis pineis ex hac insula præstantiam quandam tribuit DIOSCORIDES, ita forsitan & ligna illarum aliis lignis pineis præstantiora fuerunt. Ex his igitur satis apparet, quod, cum Phœnices, sive servi Hirami cum servis Salomonis ex Ophir ligna אלגומים illis, quæ in Libano inveniebantur, præstantiora attulisse memorentur, per ligna illa commode *pinea* possint intelligi. Nam insula Ebusus juxta DIODORUM l. c. unius tantum diei navigatione Iberia distat. Atque adeo ligna inde facile eo deduci, & postea in Judæam transvehi potuerunt.

XXXIII. Equidem Celeberrimus LAMPIUS eruditissimo in Psalm. XLV. Commentario p. 468. judicat, LIPENIUM Navig. Ophir. cap. 8. Sect. 4. egregie probasse, ligna אלגומים, ex Ophir allata, esse *hebena*. Sed argumenta LIPENII, quibus probare illud annititur, minime tanti sunt roboris, ut nos a sententia nostra dimovere queant. Namque illæ eo redeunt, quod, cum regio Ophir in India quærenda sit, ibique magnus Ebeni fuerit proventus, idemque lignum solidum, firmum, ædificiis aptum, singulari præterea coloris æque ac odoris suavitate & pretio fuerit, probabile sit, quod per ligna *Algummim* ebena intelligenda sit. Sed regionem Ophir minime in India aut Asia orientali collocandam esse, præclare evicit Cl. OLDERMANNUS Diss. de Regione Ophir Sect. IV. p. 32. sqq. Atque adeo fundamento LIPENII diruto, reliqua, quæ de ligno hebeno affert, nihil amplius ad rem faciunt. Et sane per *Algummim* ebena non posse intelligi, vel ex eo etiam liquet, quod ejusmodi ligna etiam ex Libano petita sint, in quo tamen ebena frustra quæruntur. Nam præter Indicam & Æthiopicam ebenum auctores non aliam celebrant. Vid. BODÆUS a STAPEL ad THEOPHR. Lib. IV. c. 5. p. 457. Et si in Libano arbor illa, tanto in pretio habita, inventa fuisset, certe DIODORUS, CYRILLUS & PHOCAS, præstantiores montis illius arbores

bores recensentes, procul dubio illam minus silentio præteriissent. Cl. LAMPIUS quidem ipse sentiens, LIPENII sententiæ obstare, quod *Algummim* ex Syria etiam petitæ dicantur 2. Chron. II, 8. dicit, nihil impedire, quo minus ibi per *Algummim terebinthos* intelligamus, quæ colore aliisque qualitatibus prope ad ebenum accedant, & in Syria secundum PLINIUM frequentes fuerint; addens, quod a nautis inde ob similitudinem idem nomen facile ad ebenum Indicum transferri potuerit. At licet concedam, quod hoc fieri ita potuerit, atque adeo idem non impediat, quo minus ibi per *Algummim terebinthos* intelligamus, tamen alia illud impedire puto. Ut enim taceam argumenta, quibus probabile reddo, per *Algummim pinus* intelligendas esse, & quod terebinthi juxta DIOSCORIDEM Lib. I. c. 92. & BELLONIUM apud URSINUM Arbor. Bibl. c. XIII. p. 208. in Judæa etiam provenerint, atque adeo non opus fuerit, ut Salomo illas e Syria petierit, hoc saltem dicam, quod nullibi legamus, terebinthos usum in ædificiis habuisse. Imo THEOPHRASTUS Lib. V. c. 8. enarrans, quem usum variæ arbores habeant, de terebintho p. 534. ita scribit: Τερμίνθῳ δὲ ὐδὲν χρῶνται πλὴν τῷ καρπῷ καὶ τῇ ῥητίνῃ. *Terebinthus non nisi fructu, resinaque utilis.*

XXXIV. Obiter vero etiam hic dissentire liceat a laudato LAMPIO, quum lignum thyinum, sicuti generatim illud lignum odoratum significare putat, ita Apoc. XVIII, 12. pro *hebeno* habet. Vid. Comment. in Psalm. XLI. p. 468. 469. Nam *hebenum* illud denotare non posse, discimus ex clarissimo PAUSANIÆ loco Lib. VIII. c. 17. p. 633. Ibi enim thyus ab hebeno clare satis distinguitur. En verba: Τοῖς δὲ ἀνθρώποις τὸ ἀρχαῖον, ὁπόσα καὶ ἡμεῖς καταμαθεῖν ἐδυνήθημεν, τοσάδε ἦν, ἀφ᾽ ὧν τὰ ξόανα ἐποιοῦντο. ΕΒΕΝΟΣ, κυπάρισσος, αἱ κέδροι, τὰ δρύινα, ἡ σμίλαξ, ὁ λωτός. Τῷ δὲ Ἑρμῇ τῷ Κυλληνίῳ τούτων μὲν ἀπὸ ὐδενὸς, ΘΥΟΥ δὲ πεποιημένον τὸ ἄγαλμά ἐστιν. *Ac prisci quidem homines, quantum ex antiquitatis monumentis didicimus, non aliis materiæ generibus ad simulacra deorum usi sunt, quam HEBENO, cupresso, cedro, quercu, smilace, loto. Verum Mercurio Cyllenio ex harum nulla, sed e thyo simulacrum factum est.* Malim ergo assentiri Viris summis GROTIO, SALMASIO, aliisque, qui lignum θύινον Apoc. l. c. de *citreo* exposuerunt. Vide LAMPIUM l. c. WOLFIUM ad Apoc. l. c. p. 583.

XXXV. Cum vero regio Ophir minus in India quærenda sit,

& JOSEPHUS præterea ligna inde allata ficulneis candidiora & ſplendidiora fuiſſe referat L. VIII. c. 7. Antiqu. facile quis videt, quod URSINUS etiam in Arbor. Bibl. Cap. XLIII. p. 568. parum feliciter probare allaboraverit, quod ligna *Algummim* ſint *ſandala rubra*, in India intra Gangem naſcentia. Imo inde etiam cum Doctiſſimis & meritiſſimis Viris, qui a Rege Daniæ in Indiam Orientalem, ad propagandam ibi religionem Evangelicam, ablegati ſunt, lignum *Teca*, quod in Regno *Pegu* provenit, per *Algummim* intelligere non poſſumus. Vid. ſententiam illorum Part. XXXII. Continuat. Relat. Vernac. ex Ind. Orient. p. 816. not. z. Fixa ergo adhuc ſtat ſententia, quod per ligna illa *pinus* commodiſſime poſſint intelligi.

XXXVI. Denique hic etiam non deeſt auctoritas illorum, qui pariter illa de *pinis* interpretati ſunt. Nam ALEXANDRINOS & VULGATUM אלגומים 2. Paral. II, 8. reddere πεύκινα, *pinea*, ſupra jam vidimus. Eodem modo ALEXANDRINI 2. Paral. IX, 10. 11. Illosque ex antiquis ſequitur JOSEPHUS Lib. VIII. c. 7. ubi ita: Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν κομισθέντων ἀπὸ τῆς χρυσῆς καλουμένης γῆς λίθων πολυτελῶν τῷ βασιλεῖ, καὶ ξύλων ΠΕΥΚΙΝΩΝ, τοῖς ξύλοις εἰς ὑποστηρίγματα τοῦ ναοῦ καὶ τῶν βασιλείων κατεχρήσατο, καὶ πρὸς τὴν τῶν μουσικῶν ὀργάνων κατασκευὴν, κινύρας τε καὶ νάυλας, ὅπως ὑμνῶσιν οἱ Λευῖται τὸν Θεόν. Πάντων δὲ πώποτε κομισθέντων αὐτῷ τὰ κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἐνεχθέντα, καὶ μεγέθει καὶ κάλλει διέφερον. *Eodem tempore allatis ex aurea, quæ dicitur, terra pretioſis lapillis Regi, & lignis PINEIS, lignis illis uſus eſt ad fulcra templi & Regiæ jacienda, & ad fabricanda Muſica inſtrumenta, ad citharas & nablas, ut Levitæ illis celebrarent Deum. Omnibus vero unquam antea ad eum advectis* (ſcil. lignis pineis) *præſtabant ea, quæ tum temporis erant apportata tam magnitudine quam pulchritudine.* Ex quibus verbis intelligimus, Joſephum non modo ligna אלגומים πεύκινα *pinea* appellare, ſed etiam fateri, antea, quam claſſis Hirami cum ſervis Salomonis redierit, ligna pinea tantæ magnitudinis & pulchritudinis non fuiſſe advecta. Ut adeo ligna *Algummim*, antea ex Libano allata, procul dubio pariter pro *pineis* habuerit. Equidem poſteriora JOSEPHI verba aliter accepit RUFINUS, interpres ejus antiquus, ita illa vertens: *Omnium vero rerum, quæ fuerunt quocunque tempore Regi delata, præcipua fuerunt ea, quæ illo die devecta ſunt, magnitudine & pulchri-*

ebritudine. Sed cum IOSEPHUS manifeste respiciat ad 1. Reg. X, 12. ubi sacer Historicus indigitat, quod talia ligna אלמוגים, qualia classis Hirami attulerit, hucusque non fuerint allata, nullus dubito, quin vox πάντων apud IOSEPHUM non generaliter de omnibus rebus exponenda, sed ad ligna pinea, de quibus verbis proxime antecedentibus locutus fuerat, restringenda sit. Et sane IOSEPHUM ligna אלגומים, ex Libano antea allata, pariter pro *pinis* habuisse, ex aliis ejus verbis firmari potest. Cum enim Lib. VIII. c. 5. p. 433. narrasset, quomodo Salomo, absoluta templi fabrica, regiam sibi domum extruxerit, hæc subjungit: Πολὺν μὲν αὐτῷ χρυσὸν, πλείω δ' ἄργυρον ὁ τῶν Τυρίων βασιλεὺς Εἴραμος εἰς τὴν οἰκοδομίαν συνήνεγκεν, ἔτι δὲ καὶ ξύλα κέδρου καὶ ΠΙΤΥΟΣ. *Multum illi aurum & argentum Rex Tyriorum Hiramus ad ædificium contulit, imo etiam ligna cedrina & PINEA.* Ex recentioribus vero אלמוגים de *pinis* intelligit Celeberrimus SALOMO VAN TIL de Music. Vet. Ebr. p. 443. ed. Germ. Frf. 1719. 4. qui etiam ibi observat, quod in LOBELII Herbario, vulgo *Kruyd-boek* p. 260. & 262. quædam pinuum species *Muggo* dicta memoretur, eamque cum *Almuggim* eandem esse conjicit.

XXXVII. Equidem si doctissimi PALMERII standum esset sententia, πεύκινα apud ALEXANDRINOS & JOSEPHUM non de *pineis*, sed de *piceis* potius lignis accipienda essent. Ille enim in Exerc. ad Aut. Græc. p. 586. 587. ut πίτυν *pinum*, ita πεύκην *piceam* esse Græcis existimat, atque inde THEOPHRASTI interpretes castigat, qui apud illum πίτυν *piceam*, & πεύκην *pinum* interpretantur. Eidem assentitur ill. SPANHEMIUS Obs. in CALLIMACH. p. 215. quamvis antea, ut mox videbimus, aliter senserit. Sed miror diligentiam Virorum Eruditissimorum effugisse, quæ Medicus Doctissimus IO. BODÆUS a STAPEL ad THEOPHRAST. Hist. Plant. Lib. III. c. 10. p. 163. 164. commentatur. Ibi enim quinque argumentis probat, πεύκην esse *pinum*. Verba ejus in gratiam eorum, quibus Commentarium ejus consulere non licet, adscribere non gravabor. Πεύκη, *ut ego quidem*, inquit, *cum Matthiolo aliisque Botanicis sentio*, pinus *dicitur*. Πίτυς, picea. *Contra Critici, Grammatici, iique qui Lexica edidêre*, πίτυν pinum, πεύκην piceam, *quadam fortasse nominis vicinitate ducti, vocant.* Πεύκην pinum *esse, multis argumentis probari potest. Primum arg. ex ipso Theophrasto sumitur, qui* τῆς πεύκης *nucem* στρόβιλον *vocari dicit.* Στρόβιλος *nucem significat pineam, ut docet Galenus Lib. 2. de aliment. facult.* Εὔχυμος, καὶ παχύχυμος,

χυμὸς, καὶ τρόφιμός ἐστιν ὁ τοῦ κώνου καρπὸς, οὐ μὴν εὔπεπτος. Καλοῦσι δὲ οἱ νῦν Ἕλληνες, οὐ κώνους, ἀλλὰ στροβίλους αὐτούς. Nux pinea boni & craſſi ſucci eſt, multumque nutrit, appellant autem ipſi hodie Græci non conum, ſed ſtrobilum. *Idem lib. de cib. bon. & mal. ſuc. & 7. ſimpl. repetit. Conſtat autem piceæ nucleos non eſſe edules, ergo* στρόβιλος πεύκης, *pini fructus, Secundum argum. Theophraſtus* τὴν πεύκην *aliam ſativam, aliam ſylveſtrem ait. Idem Lib.* I. *cap.* 15. *ex urbanis ſemper virere ait oleam, palmam,* πεύκης τι γένος, *pini genus quoddam : ex ſylveſtrib. abietem,* πεύκην, *pinum ſylveſtr. ſive pinaſtrum, picea nulla domeſtica, ſed una ſylveſtris montana. Neminem latet, pinos eſſe domeſticas, & ſylveſtres maritimas & montanas.* Πίτυν *aliam ſylveſtrem eſſe aliam domeſticam, ex lib.* 3. *cap.* 4. *probant: ubi inter ſylveſtria, quæ perpetuo virent, numerat* πίτυν ἀγρίαν. *Diximus, voces has ſeparandas eſſe, & lectionem noſtram probavimus ex lib.* I. *cap.* 15. *Tertium argumentum, quo probatur, pinum* πεύκην *eſſe :* ἐκ πευκῶν *ſcribit Theophraſtus copioſam picem fieri, earumque proprium in tedam abire : ex pinorum aſſulis, tedaque, picis copiam confici, ruſticis in Norwegia notum. Nihil moror, Plinium piceam vertiſſe ; plures is in coniferarum reſiniferarumque hiſtoria commiſit errores. Quartum argumentum, quod* πιτυοκάμπαι *non reperiantur in pinu, ſed in ſola fere picea, ut Bellonius teſtatur : hac de cauſa* πίτυς *a Theophraſto* πίτυς φθειρόποιος *cognominatur. Contra chamepitys humilis picea, quod* πίτυος *habeat folia, nomen accepit. Hic adjungo Scribonii Pargi teſtimonium, compoſ.* 201. *ſic ſcribentis,* ſquama æris cipri p° 12. Thuris p° 6. ammoniacæ guttæ p° 6. reſinæ pituinæ, id eſt, ex pipicea, arbore, p° X. 5. reſinæ terebinthinæ p° 6. &c *Erroris occaſionem præbuerunt Arcades, qui, ut ſcribit Theoph. loc. cit. quod cæteri* πίτυν, πεύκην, *contra, quod* πεύκην, πίτυν *vocarunt.* Et THEOPHRASTO πεύκην eſſe *pinum*, agnovit quoque ATHENÆUS Lib. II. p. 28. Poſteaquam enim ibi retulerat, quod MNESITHEUS, Medicus Athenienſis, pinuum fructus ὀστρακίδας κώνους, DIOCLES vero CARYSTIUS πιτύινα κάρυα, & ALEXANDER MYNDIUS πιτυΐνους κώνους dicant, hæc ſubjungit : Θεόφραστος δὲ τὸ μὲν δένδρον πεύκην ὀνομάζει, τὸν δὲ καρπὸν κῶνον. *Theophraſtus autem arborem* πεύκην *nominat, fructum vero* κῶνον. Ex quo tamen etiam patet, quod Critici, Grammatici, iique qui Lexica edidere, non ſimpliciter BODÆO a STAPEL redarguendi ſint, quod πίτυν *pinum*, & πεύκην *piceam* interpretati ſint. Nam ſi pinuum fructus DIOCLES CARYSTIUS πιτύινα, & ALEXANDER MYNDIUS πιτυΐνους κώνους *vocarunt, certe pinus etiam illis*

πί-

πίτυες fuerunt appellatæ. Et ill. SPANHEMIO de Uſ. & Præſt. Numiſm. Diſſ IV. p. 270. *in Theophraſto veluti peculiare obſervaſſe* videtur ATHENAEUS, ut *quem pinus fructum alii* πιτύινα κάρυα, *aut* πιτύινον κῶνον *appellarint, ipſe* κῶνον *ſimpliciter, arborem autem ipſam* πεύκην *indigitarit.* Idem paulo poſt *vulgo alias* πίτυν *de pinu apud Græcos, &* πεύκην de *pice invaluiſſe, extra dubium utique* eſſe pronunciat. Et certe ARCHIÆ, Poëtæ antiquo, in Epigrammate, quod in ipſo Anthologiæ limine extat, & PLUTARCHO Lib. V. Symp. Quæſt. 3. πίτυν eſſe *pinum*, ex eo patet, quod ibi referant, victores in agone Iſthmico τῇ πίτυϊ coronatos fuiſſe. Ex ramis vero pineis illos coronam accepiſſe, Latini ſcriptores teſtantur. Vid. PALMER. l. c. Sic & in verbis STEPHANI BYZANTINI in v. Μίλητος, quibus Athenienſes in ſacris Cereris ramum πίτυος infra lectum collocare, & fructum πίτυος ſimulacro Deæ apponere ſolitos fuiſſe, memorat, πίτυν eſſe *pinum*, ex OVIDIO diſcimus, *pinum gratam Deûm matri* appellante. Nam Lib. X. Metam. v. 103. ſq. ita canit:

Et ſuccincta comas, hirſutaque vertice PINUS
GRATA DEUM MATRI; ſiquidem Cybeleïus Attis
Exuit hac hominem, truncoque induruit illo.

Pariter DIOSCORIDEM πίτυν appellare *pinum*, exinde intelligimus, quod Lib. I. c. 93. reſinam πιτυΐνην tanquam odoratam laudat, qualem & THEOPHRASTUS Lib. III. c. 10. p. 159. pini picem deſcribit, & in eo inter alia pinum a picea differre ſcribit. Ut multa alia ejus generis loca jam taceam. Ex his ergo ſatis apparet, omnino Criticos & Grammaticos non ſimpliciter redarguendos eſſe, quod πίτυν *pinum*, & πεύκην *piceam* interpretati ſint, ſed quod minus notaverint, THEOPHRASTO aliisque πεύκην etiam pro *pinu* uſurpari. Et certe non THEOPHRASTO ſolummodo, ſed aliis etiam ſcriptoribus, πεύκην eſſe *pinum*, facile oſtendi poteſt. Nam apud EURIPIDEM loco ſupra §. VI. adducto per πυρσώδη φλόγα πεύκης intelligendam eſſe *flammam igneam pinus*, ſive tædam ex pinu, argumento eſt, quod bacchanti illa tribuatur, & Baccho pinus ſacra fuerit. Quam in rem non eſt quod repetam, quæ §. VII. ſunt obſervata. Sic & proverbium Græcorum πεύκης τρόπον, quod ἐπὶ τῶν πανολεθρίᾳ ἀπολλυμένων, *de illis qui funditus pereunt*, teſte SUIDA, uſurpatur, non *piceæ more*, ut vulgo vertitur, ſed *pinus in modum* exponendum, & verba, quibus SUIDAS rationem hujus proverbii reddit: ἐπεὶ ἡ πεύκη κοπεῖσα οὐκ ἀνίησιν ἔτι βλαστόν, vertenda eſſe: *ſiquidem pinus excisa*

cisa non amplius repullulat, ſuadet, quod THEOPHRASTUS Lib. III. c. 10. p. 159. auctor ſit, pinum aduſtis radicibus nunquam regerminare, piceam autem regerminare. Πεύκην μὲν γὰρ, inquit, ἐπικαυθεισῶν τῶν ῥιζῶν οὐκ ἀναβλαστάνειν· τὴν δὲ πίτυν φασί τινες ἀναβλαστάνειν, ὥσπερ καὶ εἰς Λέσβον ἐμπρησθέντος τοῦ Πυῤῥαίων ὄρους τοῦ πιτυώδους. *Pinum enim aduſtis radicibus nunquam regerminare; piceam autem regerminare affirmant, ut in Leſbo accidit, incenſo monte Pyrrhæo, qui piceis ſcatet.* Præterea alii dictum modo proverbium per πίτυος δίκην, *pinus in modum*, eloquuntur. Ita ÆLIANUS Var. Hiſt. Lib VI. c. 13. Καλῶς τὸ δαιμόνιον ἐπὶ τριγονίαν τυραννίδας μὴ ἄγον, ἀλλὰ ἢ παραχρῆμα ἐκτρῖβον τοὺς τυράννους ΠΙΤΥΟΣ δίκην, ἢ παίδων ἐξισχύον. *Recte Deus tyrannides ad tertiam usque generationem durare non ſinit, ſed aut confeſtim tyrannos PINUS ad inſtar extirpat, aut liberos eorum viribus denudat.* Hic enim πίτυος δίκην reddendum eſſe, *pinus in modum*, nullum eſt dubium, cum præter THEOPHRASTUM vix alius πίτυν aliter ac de *pinu* acceperit. Conf. & quæ ex aliis ad AELIANUM notat Doctiſſ. KUHNIUS. Pariter in locis DIODORI SICULI, CYRILLI & PHOCAE ſupra §. III. & IV. adductis πεύκας Interpretes recte de *pinis* expoſuiſſe, ex eo colligimus, quod de lignis Libani præſtantioribus ibi ſermo ſit, & inter illas pinus fuiſſe, ex iis, quæ §. V. ſq. & XXXI. ſq. obſervata ſunt, conſtet. Omnino igitur & apud ALEXANDRINOS Interpretes πεύκινα de lignis *pineis* poſſunt exponi. Eamque explicationem firmat IOSEPHUS, qui, uti Salomo 2. Paral. II, 8. inter alia אלגומים πεύκινα ab Hiramo petiiſſe dicitur, ita Hiramum etiam ξύλα πίτυος *ligna pinea* ad illum miſiſſe ſcribit Lib. VIII. c. 5. p. 433.

XXXVIII. Neque eſt, quod ex PALMERIO nobis aliquis objiciat, quod PLINIUS piceam frigora & montes amare adſerat, pinum vero hortis adſignet, atque adeo πεύκη, cum Libano tribuatur, non de *pinu*, ſed de *picea* potius ſit accipienda. Nam, ut taceam, quod non adeo planum ſit, pinum hortis PLINIO aſſignari, hoc ſaltem dicam, quod idem PLINIUS Lib. XVI. c. 10. illam inter arbores referat, quæ picem vel reſinam ferunt, & eodem Libro c. 18. de arboribus, e quibus reſina gignitur, teſtetur, quod montes ament. Sic & THEOPHRASTUS Lib. VI. c. 4. πεύκην *pinum* inter arbores, montibus proprias, diſerte refert. Et licet in hortis etiam inveniatur, tamen ſponte & ex naturæ ordine pinum montes potiſſimum quærere, pro THEOPHRASTO tuendo obſervat BODAEUS a STAPEL p. 123. Sic & Poëtæ pinus montibus adſcribunt, HOMERUS Il. ν'. v. 389. ſq.

ἤριπε

Ἤριπε δ', ὡς ὅτε τις δρῦς ἤριπεν, ἢ ἀχερωῒς,
Ἠὲ ΠΙΤΥΣ βλωθρή. τήντ' ΟΥΡΕΣΙ τέκτονες ἄνδρες
Ἐξέταμον πελέκεσσι νεήκεσι, νήϊον εἶναι.
Cecidit autem, ſicut quando aliqua quercus cecidit, vel populus.
Vel PINUS alta, quam in MONTIBUS opifices
Amputarunt ſecuribus recenter acutis, navale lignum ut ſit.

Poëta incertus Lib. I. Epigr. c. 57. p. 114.

ΟΥΡΕΣΙΝ ἐν δολιχοῖς βλωθρὴν ΠΙΤΥΝ ὑετιός με
Πρόῤῥιζον γαίης ἐξεκύλισσε νότος.
In MONTIBUS excelſis me PINUM proceram pluvius
E terra radicitus evulſit notus.

VIRGILIUS Lib. IV. Georg. v. 112. 113.

Ipſe thymum PINOS que ferens de MONTIBUS altis
Tecta ſerat late circum, cui talia curæ.

XXXIX. Cum igitur nomen אלגומים etiam *pinis* conveniat, cum in aliis ſcripturæ locis, quibus earum fit mentio, *pinus* commodiſſime poſſint intelligi, cum denique ipſi antiquiores Judæi pro iisdem illas arboribus habuerint, admodum certe probabile, quod אלגומים ſint *pinus*. Atque adeo ex his omnibus haut obſcure patet, quod ligna, ad templum ædificandum e Libano petita, de *cedrinis*, *cupreſſinis* & *pineis* omnium optime poſſint explicari.

XL. Hinc etiam nullus dubito, quin per עצי הלבנון *ligna Libani*, e quibus Salomo lecticam ſibi feciſſe dicitur Cant. III, 9. eadem ligna indigitentur. Imo nullus dubito, quin Cant. I, 17. ubi ſponſa ſponſum cœleſtem ita alloquitur: *Trabes ædium noſtrarum cedrinæ. tabulata noſtra* ברותים, ברותים idem denotent, quod ברושים, nempe *cupreſſos*. Equidem cum celeberrimo WEDELIO Exerc. Med. Philol. Cent. II. Deced. II. Exerc. 6. aliisque putabam aliquando, *ſabinam* ibi intelligendam eſſe, *brathy* appellatam a Græcis, teſte PLINIO Lib. XXIV. c. 11. ſed, cum 1. Reg. IX, 10. 11. Hiramus, Rex Tyri, ad ædes a Salomone ædificatas, templum nempe & proprium ipſius palatium, ligna cedrina & ברושים *cupreſſina* miſiſſe dicatur, & 1. Reg. VI, 15. in deſcriptione templi ædificati eadem ligna conjungantur, præterea ex ſupra obſervatis ſit veriſimile, quod ברושים Phœnicum dialecto ברותים dictæ ſint, tum quoque VITRUVIUS Lib. VII. c. 3. *cupreſſinos camerarum aſſeres* commendet, & ALEXANDRINIS denique Interpretibus ברותים ſint κυπάρισσοι, *cupreſſi*, malui cum LUTHERO vocem illam de iisdem arboribus interpretari.

SECTIO POSTERIOR.
QVA TYPVS LIGNORVM, AD TEMPLVM HIEROSOLYMITANVM ÆDIFICANDVM ADHIBITORVM, EXPONITVR.
ARGVMENTVM.

I. Ligna ad templum Hierosolymitanum ædificandum adhibita, typus fuerunt & Christi, & Ecclesiæ Christianæ.

II. III. (1) In iis, in quibus conveniebant.

IV. (2) In propriis singulorum virtutibus. Lignum cedrinum odore suavi præstans. De lignis שטים, tabernaculo adhibitis, digressio. Sunt illa cedrina. *Camp. Vitringa* consensus.

V. Obscuro vaticinio Joël. III, 18. lux accenditur. Aquæ fontis Etam, aquis fontis, e sancto sanctorum emanantis, mixtæ, sanginem oblatorum animalium ex templo ferebant in torrentem *Kedron*. Loca Ezech. XLVII, 1. Zach. XIV, 9. Apoc. XXII, 1. VII, 17. illustrantur.

VI. Torrens *Kedron* haut præter rationem a cedris dictus creditur.

VII. Secus de illo *Relandus*, cujus argumenta examinantur. Cedri in Paradisis, h. e. *hortis & locis irriguis*, optime crescunt. Etymologia vocis παράδεισος. Loca Num. XXIV, 6. Ezech. XXXI, 3. sqq. illustrantur. Cedris Libani aqua deesse non poterat. In vallibus irriguis montis idæ cedri grandiores. In Judæa cedri a Salomone plantatæ.

VIII. *Josephus* explicatur. *Rufinus* notatur. De קדרון conjectura, quod sit ipsa vox Græca κέδρων. Aliæ voces peregrinæ una cum rebus peregrinis gentibus quibusdam receptæ.

IX. Conclusio de vaticinio Joëlis. Loca Joh. XIX, 34. 1. Joh. V, 6. 8.

X. *Philo* etiam & multi alii ligna *Sittim* de *cedris* exposuerunt.

XI-XIV. In *Theodori Hasæi* Diss. de Torrente, sive Valle & ligno Sittim animadversiones. Per accentum *Munach* voces non divelluntur, sed conjunguntur. *Sonntagius* defensus.

XV. Quid odor ligni cedrini in templo æque ac tabernaculo præfiguraverit.

XVI. Quid nitor ligni cupressini in valvis templi Hierosolymitani, & albedo ligni pinei.



I.

Satis constat ex Joh. II, 19. 21. Ephes. II, 21. 1. Cor. III, 16. 17. VI, 19. 2. Cor. VI, 16. aliisque locis, quod templum Hierosolymitanum tam Christum, quam Ecclesiam Christi praefiguraverit. Conf. Cel. LANGII *Historisch Licht und Recht* Part. II. p. 23. sqq. Et certe, sicuti in alia materie, ex qua constructum erat templum, ita in lignis etiam, ad aedificandum illud adhibitis, sive illa, in quibus conveniebant, sive proprias singulorum virtutes spectemus, tam Christi, quam Ecclesiae Christianae typum praeclare perspicimus.

II. Conveniebant praecipue in eo, quod e Libano petita, quod pinguia, amara, & corruptioni minus obnoxia essent. Erant pinguia; nam omnia resinam ferebant. Erant amara, & corruptioni minus obnoxia; nam de lignis *cupressinis* & *pineis* Sect. I. jam §. XII. retulimus ex VITRUVIO, quod liquor, qui illis penitus insit, amarum habeat saporem, & propter acritudinem non patiatur penetrare cariem, neque eas bestiolas, quae nocentes sint, & hinc opera, inde constituta, ad aeternam permaneant diuturnitatem. Et lignum *cedrinum* pariter valde amarum, atque inde incorruptibile esse, docet Cl. DE LA ROQUE in Itinerario, cui titulus: *Voyage de Syrie & du Mont Liban*, T. I. p. 70. Dum autem ligna ad templum *e Libano* petebantur, monte altissimo, & ad Tyriorum regis ditionem pertinente, hoc innuisse videtur, partim, quod Christus *κατὰ σάρκα* ex domo regia, quae ראש *capiti* & *fastigio Libani* comparatur Jer. XXII, 6. nasciturus sit, partim quod ex gentibus aliquando multi ad ornandam Ecclesiam sint accessuri. Sed de his non est, quod dubitemus, cum ipse, ut Sect. I. §. V. vidimus, Propheta Jes. LX, 3. nos de imagine illa certiores reddat. *Pinguedine* ligna ista designabant *oleum Spiritus Sancti*, quo Christus *supra consortes suos unctus est*, quodque ab ipso tanquam capite in Ecclesiam & fideles tanquam corpus & membra fluxit. Psalm. XLV, 8. CXXXIII, 3. *Amaritudine* significabant acerbissimam passionem & mortem Christi, & afflictiones Christianorum, & quos aliquis in poenitentia & abnegatione sui ipsius, qua carnem cum affectibus & concupiscentiis cruci affigit, dolores sentit. *Duratione*, & quod *non putrescerent*,

ligna ista adumbrabant, *partim*, quod Christus ab omni corruptione & putredine peccati liber, & caro ejus *corruptionem non visura sit* Ps. XVI, 10. Act. II, 27. imo post resurrectionem a mortuis non amplius moriturus sit, Rom. VI. *partim*, quod corpus ipsius mysticum, Ecclesia æternum sit duratura; quod membra ejus *EXUANT veterem hominem*, τὸν φθειρόμενον, *qui CORRUMPITUR juxta concupiscentias erroris* Ephes. IV, 22. quod sint ἀποφυγόντες τῆς ἐν κόσμῳ ἐν ἐπιθυμίᾳ φθορᾶς, *REFUGIENTES a CORRUPTIONE, quæ est in mundo per concupiscentiam* 2. Pet. I, 4. quod non sint δοῦλοι τῆς φθορᾶς, *servi CORRUPTIONIS* 2. Pet. II, 19. *qui, veluti bruta animantia, natura genita ad capturam, & CORRUPTIONEM, in CORRUPTIONE sua patientur CORRUPTIONEM*, ibid. v. 12. & e sua in carnem facta semente, ex eadem φθορὰν *corruptionem* metent Gal. VI, 8. *vermemque nunquam morituram sentient* Jes. LXVI, 24. sed potius regeniti *e semine* ἀφθάρτῳ *INCORRUPTIBILI*, verbo Dei 1. Pet. I, 23. Dominum nostrum Jesum Christum ament ἐν ἀφθαρσίᾳ, *incorrupte*, Ephes. VI, 24. & *perseverantes in bono opere, gloriam & honorem, & IMMORTALITATEM quærant, vitam æternum*, Rom. II, 7. & resuscitati tandem a mortuis ἄφθαρτοι, *incorruptibiles, coronam & hereditatem* ἄφθαρτον *incorruptibilem* accepturi sint 1. Cor. IX, 25. 1. Pet. I, 4.

III. Sed & cedrus & cupressus, & fortasse etiam pinus, in eo conveniebant, quod rimam fissuramque non admitterent. Eoque præfigurabant, quod Christus tanquam caput cum corpore ipsius mystico, Ecclesia, arctissime cohæreat, Ephes. IV, 15. 16. & membra ejusdem corporis charitate, quæ est σύνδεσμος τελειότητος, *vinculum perfectissimum*, Col. III, 14. inter se conjuncta sint, & τὴν ἑνότητα τοῦ πνεύματος *unitatem Spiritus* servare studeant. Ephes. IV, 3.

IV. Si jam proprias singulorum lignorum qualitates & virtutes spectemus, cedrinum præsertim *odore*, cupressinum *nitore*, pineum *candore* sese commendat. De *odore* ligni cedrini notus est THEOCRITI locus Epigr. VII. in simulacrum Æsculapii:

Καὶ τόδ' ἀπ' ΕΥΩΔΟΥΣ γλύψατ' ἄγαλμα ΚΕΔΡΟΥ.
Et istud ex ODORATA simulacrum sculpsit CEDRO.

Sic & HOMERUS Odyss. έ. v. 59. 60.

Πῦρ μὲν ἐπ' ἐσχαρόφιν μέγα καίετο, τηλόθι δ' ΟΔΜΗ
ΚΕΔΡΟΥ δ' εὐκεάτοιο, θύου τ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδει.

Ignis

Ignis quidem ad focum ingens ardebat, procul vero ODOR
CEDRIQUE *fiſſilis, & thyini per inſulam redolebat.*

Et EUSTATHIUS ad illa HOMERI Il. ώ. v. 193. de Priamo:

Αὐτὸς δ' ἐς θάλαμον κατεβήσατο κηώεντα
Κέδρινον, ὑψορόφον,

inter alia ita commentatur: Ἰστέον δὲ, ὅτι καὶ ἄλλοι τῶν ποιητῶν τοὺς τῶν βασιλέων οἴκους ἐκ ΚΕΔΡΩΝ ποιοῦσι, διὰ τὸ τοῦ δένδρου ἄσηπτον καὶ εὐῶδες. ὅθεν καὶ κεδρωταὶ παστάδες παρά τινι. *Sciendum autem, quod & alii Poëtæ* Regum *domicilia ex* CEDRIS *fingant, quod lignum non putreſcat, &* ODORATUM *ſit. Unde & thalamorum cedratorum apud aliquem ſit mentio.* Quid? quod mihimetipſi adhuc jucunda eſt recordatio ſuaviſſimi odoris, quem aliquando in peregrinatione Anglicana tam Cantabrigiæ in ſcalis, quæ ad Bibliothecam in Collegio Trinitatis ducunt, cedrina ornamenta habentibus, quam Oxonii in ſacellis qnibusdam, tabulis & columnis cedrinis interius veſtitis & exornatis, naribus meis percepi. Ex eoque facile collegi, qualem ambroſiam templum Hieroſolymitanum, imo & tabernaculum, olim ſpiraverit. Nam ligna שטים tabernaculo adhibita, quæ multi cum HIERONYMO ad Joel. III. pro lignis ex arbore, *ſpinæ albæ* colore & foliis ſimili habent, *cedrina* denotare puto. Nam שטה aliquam *cedri* ſignificare ſpeciem, patet ex Jeſ. XLI, 19. *Ponam in deſerto* ארז שטה. Ad quæ verba non poſſum non adſcribere Viri Eruditiſſimi, CAMPEGII VITRINGA, Commentarium. *Quod dicitur*, inquit, v. 19. Ponam in deſerto ארז שטה *videor mihi cum Coccejo recte vertiſſe per* Cedrum optimam *ut vox* שטה SHITTA *non notet* arborem *ab* ארז Erez, Cedro, *diverſam, ſed ſpeciem Cedri definiat: ac ſi dicere velit Propheta, non tantum in deſerto ponam cedrum: verum etiam cedrum præſtantiſſimi generis, quæ dicitur* שטה. *Hieron. diviſit, vertitque* Cedrum & ſpinam, *interpoſita copula, ubi per* ſpinam *cum ipſo intelliges* genus arboris naſcentis in Eremo ſpinæ albæ habentis ſimilitudinem; cujus lignum ſit imputreſcibile, & lignorum omnium leviſſimum: *ex qua ipſa arboris ſpecie exiſtimat paratum fuiſſe Tabernaculum, & lignea ejus inſtrumenta, ex mandato Dei conſtituenda ex ligno* שטום SHITTIM. *Sed id plane probabile non eſt, cum* ſpina Arabica, *ut Eruditi Viri jam obſervarunt, tam craſſa non ſit, ut* columnæ & aſſeres Tabernaculi *ex ea confici potuerint; & adverſetur ſchemati orationis Prophetæ in hoc loco. Docet enim, Deum hoc tempore curaturum ſua providentia, ut in deſerto enaſcantur* arbores *magnæ*, proceræ, oleaginei

gene-

generis, in deserto nasci non solitæ. Interpretes recentiores plures quoque has species distinxerunt. Jun. & Trem. Cedrum, lectissimam Cedrum. *Piscator:* Cedrum & Sittam. *Belgæ pariter. Sic & fecerat Alexandrinus:* Κέδρον καὶ πύξον, *Cedrum & buxum. Sed frustra. Oratio Vatis sic est composita, ut nos doceat, has species distinguendas non esse, cum proxime sequentes voces per* copulam *distinxerit. Scripsit ille* Cedrum Shitta, & myrtum, & arborem oleosam. *Sic pariter Chaldæus,* ארזים שטים: *cui proin in Versione error Hieronymi male imputatur. Potius itaque hic arripiendus erat locus, ut ex eo demonstraretur,* Shittim, *ex cujus lignis parandum erat Sanctuarium portatile, fuisse speciem* Cedri, *& quidem lectissimæ.*

V. Admodum quoque probabile, quod in Vaticinio, quod Eruditis obscurum * visum est, Joel. III, 18. נחל שטים sit *vallis cedrorum,* atque adeo verba: ומעין מבית יהוה יצא והשקה את נחל השטים ita reddenda sint: *Et fons e domo Jehovæ prodibit, qui irrigabit vallem cedrorum.* Ibi enim manifeste alluditur ad aquas *fontis Etam,* quæ in templo sub limine portæ aquarum ebullientes, ibique cum aquis fontis, qui in sancto sanctorum a latere meridionali scaturiens, versus orientale templi latus ad dictam portam sub terra promanabat,

* Sic enim de illo Celeberrimus RELANDUS Palæst. Lib. I. c. 54. p. 351. 352. נחל שטים VALLIS SCHITTIM, *Joel.* 3, 18. *Chaldæo* מישר שטין *Symmacho* vallis spinarum *i. e.* Φάραγξ ἀκανθῶν, *Alexandrinis* χείμαῤῥος σχοίνων juncorum: *pro quo etiam legi possit* σχίνων, lentiscorum, *uti in Mich.* VI, 5. *Hieronymus observat, ibi pro* שטים σχοίνους *loco* σχίνους *legi in versione Græca. Rabbi Saadia dicit* הוא הירדן *esse* hunc vallem Jordanem כי הירדן הוא קרוב למקום הנקרא שטים quia Jordanes propinquus est loco Schittim dicto. *Sed vix credo, locum trans Jordanicum* Schittim *hic innui, quum fontis ex templo prodeuntis fluxus describitur, nec constat inde, aut Jordanem, aut vallem, in qua labitur, dictum esse* vallem Schittim. *Si campus magnus, quem Jordanes medium secat, vulgo dictum fuisse stante templo secundo* מישר שטין *constaret, inde posset duci nomen Scythopolis: certe a juncis, quibus ripa Jordanis obsidetur, ita dici potuit, & hoc magis se mihi probaret, quam a loco Schittim esse dictum, & conveniret id verbis Joelis, quoniam regio vel campi ad utramque ripam Jordanis steriles erant, uti Josephus notat, adeoque si fonte perpetuo rigarentur, faciem laetiorem acquisituri. Sed videtur campus magnus Jordanis aptius* בקעה *&* מישר *aut* עמק *aut* נחל *dici. UBI ERGO QUÆREMUS VALLEM SCHITTIM, ET QUID DE ILLA DICEMUS? NON EST NECESSE, ALIQUID DICI, CUM NIHIL CERTI DE ILLA CONSTAT.*

bat, mixtæ ulterius meabant usque ad cornu altaris, quod medium erat inter meridiem & occidentem, ad cavernam dictam *Schis*, atque inde per canales exibant in *torrentem Kedron*, a cedris, ut multis quidem haut præter rationem videtur, appellatum, eoque sanguinem animalium oblatorum deferebant. Sic enim R. IACOB IEHUDA LEO Lib. II. de Templ. Sal. cap. XV. §. 94. p. 85. juxta versionem SAUBERTI: *Fossa aquarum, quæ fuere FONS ETAM, & scaturiebat atque egrediebatur sub limine portæ aquarum, fluebat a latere meridionali usque ad cornu altaris, quod medium erat inter meridiem ac occidentem, & perveniebat usque ad cavernam dictam Schis existentem ibi. Inde per canales sub terra exibat in FLUVIUM KIDRON.* Idem eodem libro c. XI. §. 61. p. 68. cum narrasset, duas fistulas arctas & prolongatas instar foraminum narium extitisse in angulo meridionali & occidentali fundamenti altaris holocausti, per quas sanguis victimarum, postquam sacerdotes sparsissent de eo super quatuor angulos altaris, in σφαγεῖῳ residuus, effusus sit, hæc subjungit: *Qui sanguis descendebat in cavernam aliquam dictam Schis, infra ibi dispositam, & miscebat sese illic cum aqua fossæ FONTIS ETAM, perpetuo præterfluentis atrium, & abibat per canales sub terra, tandemque PROCIDEBAT IN FLUMEN KIDRON.* De eodem fonte ARISTEAS de LXX. Interpret. p. XI. ed. HODII: ὁ δὲ οἶκος βλέπει πρὸς ἕω. Τὰ δὲ ὀπίσθια αὐτοῦ πρὸς ἑσπέραν. Τὸ δὲ πᾶν ἔδαφος λιθόστρωτον καθέστηκε, καὶ κλίματα πρὸς τοὺς καθήκοντας τόπους ἔχει, τῆς τῶν ὑδάτων ἐπιφορᾶς ἕνεκεν, ἣ γίνεται διὰ τὴν σμῆξιν τῶν ἀπὸ τῶν θυσιῶν αἱμάτων. Πολλαὶ γὰρ μυριάδες κτηνῶν προσάγονται κατὰ τὰς τῶν ἑορτῶν ἡμέρας. Ὕδατος δὲ ἀνέκλειπτός ἐστι σύστασις, ὡς ἂν καὶ ΠΗΓΗΣ ΕΣΩΘΕΝ πολυρρύτου φυσικῶς ΕΠΙΡΡΕΟΥΣΗΣ. *Templum vero ad ortum despicit, posteriora autem ejus ad vesperam tendunt. Totum autem pavimentum lapidibus stratum est, & declivitates habet locis convenientibus, ut aqua possit affluere, qua sanguis ex victimis abluatur. Multa enim animalium millia diebus festis offeruntur. Aquæ autem confluxus nunquam deficit, siquidem FONS INTERIUS copiosissime AFFLUIT.* Eadem, paucis mutatis, inde repetit EUSEBIUS Præp. Ev. Lib. IX. p. 266. In sacris quoque alias procul dubio ad fontem illum respicitur Ezech. XLVII, 1. *Et reduxit me ad portam templi, & ecce AQUÆ EGREDIEBANTUR subter limen templi VERSUS ORIENTEM.* Et Zach. XIV, 8. *Fiet autem illo tempore, ut egrediantur AQUÆ VIVÆ ex Hierosolymis partim ad MARE ORIENTALE, partim ad mare extremum,*

mum. Quod vero etiam cum aquis fontis illius fons ex ſancto ſanctorum emanans ſub limine portæ aquarum miſtus ſit, pariter tradit R. IACOB IEHUDA LEO Lib. II. de Templ. cap. XXIII. §. 217. p. 154. *Fuit etiam*, inquit, *ibi* (in ſancto ſanctorum) *FONS VIVENTIUM AQUARUM, qui ſub pavimento ipſius adyti ſcaturiebat a latere meridionali templi. Aquæ autem illæ in egreſſu ſuo valde tenues erant, quemadmodum cornua cicadarum. Inde ſub terra progrediebantur a prædicto latere verſus orientale latus templi: usque dum attingerent unam de tribus portis meridionalibus, quæ dicebatur porta aquarum. Atque hic MISCEBANT ſeſe aquæ hæ cum aquis foſſæ, qua fons Etam ebullit, & perpetuo tranſit atrium. Igitur omnes aquæ iſta pariter mearunt usque ad cornu altaris, medium inter meridiem & occidentem, ad cavernam dictam Schis.* Et certe in ſancto ſanctorum fontem fuiſſe, ejusque aquam per ſeptem foramina lapidis cujusdam, Chriſtum præfigurantis, prodiiſſe, colligimus ex Zach. III, 9. Nam ibi non obſcura eo fit alluſio, quando dicitur: *Nam ecce hic* (Tzemach, quem adducturus ſum) *eſt ille lapis, quem coram vides, quem poſui coram Joſua, ſuper uno hoc lapide ſunt ſeptem foramina. Ecce aperio* פתחה *aperturam ejus, dicit Jehova exercituum, & abſtergam iniquitatem terræ ejus die uno.* Hic enim פתח de *apertura*, ſive *fiſſura*, per quam fons ebullit, exponi poſſe, ex Zach. XIII, 1. Pſ. CV, 41. & Geneſ. XXXVIII, 14. oſtendit doctiſſimus VITRINGA Obſ. Sacr. Lib. I. Diſſ. 3. c. 4. p. 19. atque ſic rationem dari poſſe putat, quare *aperturæ lapidis* conſequens & fructus ſtatuatur *deterſio*, ſive amotio *iniquitatum*; & quod ſic verba reſpondeant ſequentibus c. 13. 1. *Illo die erit fons apertus domui Davidis & incolis Hieroſolymæ pro peccato & pro fœditate.* Conf. & Celeb. THEOD. HASÆI Diſſ. de Lapide Fundamenti, cui arca fœdi olim fuit impoſita p. 88. ſqq. Pariter ad fontem, ex ſancto ſanctorum emanantem, non obſcure alluditur Apoc. XXII, 1. ubi videmus, quod, cum gratia & dona Spiritus Sancti, à Chriſto, ad dexteram Dei Patris exaltato, in Eccleſiam emanantia, ſymbolo ejusdem fluvii, quem videbat Ezechiel, Johanni repræſentata ſint, idem fluvius ille oculis ejus ita obverſatus fuerit, ac ſi ex *throno Dei & agni*, atque adeo quaſi ex *ſancto ſanctorum*, in quo Deus ſuper arcam inter Cherubinos ſedens, quaſi thronum habebat, θρόνον τῆς χάριτος, *thronum gratiæ*, ad quem Apoſtolus fideles Novi Teſtamenti accedere jubet Hebr. IV, 16. in typo exhibentem, prodierit. Verba ita ſeſe habent: Καὶ ἔδειξέ μοι καθαρὸν ΠΟΤΑΜΟΝ ὕδατος ζωῆς.

ζωῆς, λαμπϱὸν ὡς κϱύςαλλον, ΕΚΠΟΡΕΥΟΜΕΝΟΝ ΕΚ ΤΟΥ ΘΡΟΝΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΥ καὶ τȣ͂ ἀϱνίȣ. *Et ostendit mihi purum FLUVIUM aquæ vivæ, splendidum ut crystallum, PROCEDENTEM EX THRONO DEI & agni.* Imo ad fontem illius æque rivuli, ac ad aquas fontis Etam, cum quibus sese miscebat, alludi quoque videtur Apoc. VII, 17. ὅτι τὸ ἀϱνίον τὸ ἀνὰ μέσον τȣ͂ ΘΡΟΝΟΥ ποιμανεῖ ἀυτȣ̀ς, καὶ ὁδηγήσει ἀυτȣ̀ς ἐπὶ ζώσας ΠΗΓΑΣ ὑδάτων. *Quoniam agnus, qui in medio THRONI est, pascet illos, & deducet illos ad vivos FONTES aquarum.*

VI. Torrentem autem *Kedron*, in quem aquæ fontis Etam aquis fontis, ex sancto sanctorum emanantis, mixtæ oblatorum animalium sanguinem ex templo ferebant, à cedris ibi plantatis nomen habere, eruditi quidam haut præter rationem existimant. Hos inter post magnum GROTIUM est URSINUS Arbor. Bibl. cap. XIX. p. 288. *Prope Hierosolymam*, inquit, *urbem inter & montem oliveti vallis ac torrens Cedron. Josephus vocat κεδϱῶνα, ut Græcia ἐλαιῶνα, δαφνῶνα, πλαταvῶνα, loca his arboribus consita. S. Johannes torrentem τῶν κέδϱων, ut omnes Græci Codices. Corruptos affirmare, nulla cogit ratio, nec pium videtur, aut tutum. Margines vallis & torrentis cedris consitos fuisse, nihil prohibet, in quo Grotio puto assentiendum: dissentiant licet doctissimi viri, Beza, Drusius, Franciscus Lucas Brugensis, &c. vide Dn. Dilherri Disp. Acad. 2. Tom. 2.* Idem URSINUS ibi ad argumenta quædam, quæ huic sententiæ opponi solent, respondet. Sic etiam doctissimus HILLERUS Hierophyt. P. I. c. 41. p. 389. *Non negaverim, in Judæa satas fuisse cedros. Nisi enim fallit nos Thalmudis Hierosolymitani compilator, duæ cedri eximiæ erant ad montem oliveti (quem inter & labitur torrens Kidron) sub una quarum erant quatuor tabernæ, ubi vendebantur omnia ad purificationes necessaria; ex altera produxerunt unoquoque mense quadraginta seas columbarum, unde suppetebat fœminis omnibus purificandis. Ab his aut aliis forte ad Kidronis margines plantatis, verisimile est, D. Johannem Torrentem hunc appellasse χέιμαῤῥον τῶν κέδϱων, & apud Josephum vallem dici τὴν κεδϱῶνα φάϱαγγα, quomodo montem oliveti oleis consitum, ἐλαιῶνα, & δαφνῶνα palmetum, & πλαταvῶνα platanetum vocant.*

VII. Sed videamus etiam dubia, quæ Cl. RELANDUM moverunt, quo minus in partes illorum, qui nomen torrentis illius a cedris derivant, iverit. *Ad nomen*, inquit, *Kedron quod attinet*, *a ce-*

dris illud haut duxerim. Oleæ hic fuere plurimæ, non cedri: & Josephus quidem memorat Ant. VIII, 2. *cedros plurimas in Judæa fuisse a Salomone plantatas, sed* ἐν πεδίοις, *non in istiusmodi vallibus, qualis erat Kedron. Præterquam quod nomen vetustius videatur temporibus Salomonis, & illa opinio de cedris nata videatur ex Græco* τῶν κεδρῶν, *cum Hebræum nomen nihil minus quam cedros notet.* Vid. Palæst. Lib. I. c. 45. p. 294. At, licet disertis verbis non legamus, quod ad torrentem Kedron cedri fuerint plantatæ, tamen argumenta non desunt, ex quibus probabiliter illud colligi potest. *Primo* enim observo, quod cedri in paradisis, sive hortis & locis irriguis omnium optime crescant. Hoc enim luculenter testatur THEOPHRASTUS Lib. V. c. 9. ἔνθα μὲν γὰρ λωτὸς, inquit, ἔνθα δὲ ΚΕΔΡΟΣ γίνεται θαυμαστὴ, καθάπερ καὶ περὶ Συρίαν. Ἐν Συρίᾳ γὰρ ἔντε τοῖς ὄρεσι διαφέροντα γίνονται τὰ δένδρα τῆς κέδρου καὶ τῷ ὕψει καὶ τῷ πάχει. Τηλικαῦτα γάρ ἐστιν, ὡς ἔνια μὲν μὴ δύνασθαι τρεῖς ἄνδρας περιλαμβάνειν, τοῖς δὲ ΠΑΡΑΔΕΙΣΟΙΣ ἔτι καὶ ΜΕΙΖΩ καὶ ΚΑΛΛΙΩ. *Nam alibi celtis, alibi cedrus miranda assurgit, ut videre in Syria licet. Illic enim CEDRI in montibus cum longitudine, tum crassitudine præstantissimæ nascuntur. Quippe adeo crassescunt, ut sint, quas tres viri amplecti nequeant. In PARADISIS autem adhuc & GRANDIORES & PULCHRIORES inveniuntur.* Quod vero παράδεισοι sint *horti & loci irrigui*, docet nos HESYCHIUS, cui παράδεισος est τόπος ἔνυδρος, ἢ εὔυδρος, ἐν ᾧ περίπατοι, *locus irriguus, vel aquis abundans, in quo ambulacra.* Hinc etiam ALEXANDRINIS Interpretibus גן *hortus* in Eden, ex quo *fluvius* egrediebatur ad *irrigandum* illum, in quatuor inde capita divisus, redditur παράδεισος Genes. II, 10. Et regio circa Jordanem late *irrigata*, antequam Sodomam & Gomorrham Dominus subverteret, Loto visa dicitur juxta eosdem Interpretes ὡς ὁ παράδεισος τοῦ Θεοῦ, *ut paradisus Dei*, Genes. XIII, 10. Sic & Num. XXIV, 6. tentoria Israelis dicuntur fuisse, ὡσεὶ παράδεισοι ἐπὶ ποταμῶν, *tanquam paradisi ad fluvios.* Et Sirac. XXIV, 30. sapientia de semet ipsa: Κἀγὼ ὡς διῶρυξ ἀπὸ ποταμοῦ, καὶ ὡς ὑδραγωγὸς ἐξῆλθον εἰς παράδεισον. *Et ego ut fossa ex fluvio, & ut canalis in paradisum egrediebar.* Et in Historia Susannæ v. 15. legimus: Καὶ ἐπεθύμησε λούσασθαι ἐν τῷ παραδείσῳ. *Et volebat lavare sese in paradiso.* Imo sunt, qui vocem παράδεισος derivant παρὰ τὸ δεύσω, quod est futurum à δεύω, *irrigo*, quorum tamen etymologia jure quodam optimo aliis exploditur. Vide BRISSONIUM de Regn. Pers. Lib. I. §. 78. p. 109. & LAMBERTUM BOS Diss.

de

de Etymol. Græc. p. 3. 4. Sicuti vero ex dictis patet, quod παράδεισος notet *hortum irriguum*, ita notione illa vocem verbis adductis usurpasse THEOPHASTUM, firmari potest ex eo, quod & alias in sacris æque ac profanis monumentis inveniamus, cedros in locis irriguis in ampliorem, quam alibi, amplitudinem adolescere. Inde enim Bileamus tentoria Israëlis cum *cedris juxta aquas* comparat Num. XXIV, 6. Et Ezech. XXXI, 3. sqq. Monarchia Assyriaca ejusmodi cedrorum symbolo ob oculos ponitur. En verba: *Ecce Assur quasi CEDRUS in LIBANO, pulcher ramis & frondibus nemorosus, excelsusque altitudine, & inter condensas frondes elevatum est cacumen ejus. AQUÆ NUTRIERUNT illum, ABYSSUS EXALTAVIT illum: FLUMINA ejus manabant in CIRCUITU RADICUM ejus, & RIVOS suos emisit ad omnes arbores campi. Propterea elevata est altitudo ejus super omnes arbores campi, & multiplicata sunt arbusta ejus, & ELEVATI sunt RAMI ejus, quod AQUARUM NON DEERAT COPIA, cum emitteret illos. In ramis ejus fecerunt nidos omnia volatilia cœli, & sub frondibus ejus genuerunt omnes bestiæ agri, & sub umbraculo ejus habitabant omnes gentes magnæ. Eratque pulcher in MAGNITUDINE sua, & in DILATATIONE ARBUSTORUM suorum; erat enim RADIX illius JUXTA AQUAS MULTAS. CEDRI non superabant illam in horto Dei &c.* Conf. Ezech. XXXI, 16. & Jes. XLIV, 14. Neque cedris Libani, quibus Assur ibi assimilatur, aqua deesse potest, siquidem mons ille quam plurimis fontibus abundat. Ita enim de illo COTOVICUS Itin. Lib III. c. 12. *Natura humidus, imbribus frequens, PLURIMIS ac limpidissimis FONTIBUS scaturit, non solum in radicibus atque imis locis, sed & in mediis, atque etiam in summis jugis; e quibus adeo COPIOSÆ emanant AQUÆ, ut earum potu numerosi pecudum greges (quibus maxime abundat, ob frequentia, læta, atque uberrima pratorum pascua) satis superque satiari queant.* Hinc & varia ex illo flumina Jordanes, Chrysorrhoas, Eleutherus, Lycus, Adonis oriuntur. Sic & in Phrygia in vallibus irriguis montis Idæ, quem πολυπίδακα, *fontosum*, appellat HOMERUS Il ξ'. v. 283. διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐξ αὐτῆς ῥεόντων ποταμῶν, *ob multitudinem ex ea delabentium amnium*, explicante STRABONE Lib. XIII. p. 414. cedros altius surgere, patet ex illis OVIDII Amor. Lib. I. Eleg. XIV. v. 11. 12.

Qualem clivosæ MADIDIS in VALLIBUS Idæ
ARDUA derepta cortice CEDRUS habet.

Deinde ipſe RELANDUS obſervat ex IOSEPHO, cedros plurimas in Judæâ fuiſſe a Salomone plantatas. Ejusque rei teſtimonia omni exceptione majora etiam 1. Reg. X, 27. 2. Chron. I, 15. IX, 27. reperimus. Conf. & Cl. LAMPII Diſſ. Phil. Theol. P. I. p. 452. 454. Cum igitur cedri ad aquas, & in vallibus aquoſis feliciſſime adoleverint, & Salomo multas in Judæa cedros plantaverit, quid magis probabile, quam quod Rex ſapientiſſimus etiam *vallem Kedron* plantandis illis elegerit; præſertim cum & ſuo adhuc tempore loca circa torrentem Kedron *amœniſſima*, *delitiis plena*, *VIRIDARIIS & HORTIS conſita fuiſſe*, teſtetur BROCARDUS, Monachus *αὐτόπτης*, Deſcript. Terr. Sanct. c. VIII. p. 182. ed. CLERICI.

VIII. Neque verba IOSEPHI ita accipienda eſſe, ac ſi Salomo *ἐν πεδίοις in campis* cedros plantaverit, facile patebit, ſi verba ejus cum verbis 2. Chron. I, 15. quorſum reſpexit ille, conferamus. Verba IOSEPHI Ant. VIII, 7. ita ſeſe habent: Τοῦ δ᾽ ἀργυρίου τοσοῦτον ἐποίησε πλῆθος ἐν Ἱεροσολύμοις βασιλεὺς, ὅσον ἦν καὶ τῶν λίθων, καὶ τῶν κεδρίνων ξύλων οὐ πρότερον ὄντων, ὥσπερ καὶ τῶν δένδρων τῶν συκαμίνων πλήθει τὰ τῆς Ἰουδαίας πεδία. Verba autem Scripturæ ex verſione ALEXANDRINORUM hæc ſunt: Καὶ ἔθηκεν ὁ βασιλεὺς τὸ ἀργύριον καὶ τὸ χρυσίον ἐν Ἱερουσαλὴμ ὡς λίθους, καὶ τὰς κέδρους ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ὡς συκαμίνους τὰς ἐν τῇ πεδινῇ εἰς πλῆθος. *Et præbuit Rex argentum & aurum Hieroſolymis tanquam lapides, & cedros in Judæa tanquam ſycomoros, quæ in campis copioſe naſcuntur.* Quis ergo non videt, quod verba IOSEPHI ita vertenda ſint: *Argenti vero tantam copiam fecit Rex Hieroſolymis, quanta erat & lapidum; & lignorum cedrinorum, quæ antea non fuerant, quanta ſycomororum copioſe in campis Judææ naſcentium.* Nempe poſteriora Joſephi verba, τῶν συκαμίνων πλήθει τὰ τῆς Ἰουδαίας πεδία, elliptice poſita ſunt pro τῶν συκαμίνων πλήθει κατὰ τὰ τῆς Ἰουδαίας πεδία ὄντων, vel φυόντων. Atque adeo IOSEPHUS neutiquam dicit, quod Salomo *ἐν πεδίοις in campis* ſaltem cedros plantaverit; licet RUFINO, interpreti ejus antiquo, quem recentiores hic ſicuti ſunt, etiam ita viſum fuerit. Cur autem Cl. RELANDO videatur, quod nomen vallis Kedron vetuſtius ſit temporibus Salomonis, rationes non addit. Fortaſſe ideo, quod Rex David, Abſalonem fugiens, torentem Kedron jam tranſiiſſe dicitur 2. Sam. XV, 23. Sed inde ſolide concludi nequit, quod jam Davidis tempore torrens nomen illud habuerit. Nam ſacrum Hiſtoricum, iſta narran-

narrantem non Samuelem, ſed alium ſcriptorem θεόπνευςον, poſtea viventem, fuiſſe haut præter rationem eruditiſſimi viri exiſtimant. Atque adeo ille torrenti iſti procul dubio nomen illud tribuit, quod ipſius tempore invaluit. Denique Cl. RELANDUS adſerit, quod nomen Hebræum nil minus quam cedros notet. Sed, licet in Scriptura exemplum non inveniamus, quod קדר *cedrum* notet, tamen ſatis eſt, ſi oſtendere valeamus, quod arborem illum notare apud Hebræos potuerit. Quod vero potuerit, ex eo patet, quod Rad. קדר ſignificet *obtenebratus*, *obſcuratus fuit*, & cedrus umbram obſcuram faciat. Deinde diffiteri nequeo, me aliquando ſuſpicatum eſſe, quod קדרון ſit ipſa vox Græca κεδρῶν, Hebræis a Phœnicibus, & his a Græcis, cum quibus commercia habebant, uſu recepta, quod ab illis forſitan cedros in ambulacris, ob gratam umbram, plantare dedicerint, & cum re ipſa nomen etiam ejus ab illis receperint; quemadmodum ſimili ratione vox *alée*, *ambulacrum* denotans *utrinque arboribus conſitum*, a Gallis ad Germanos pervenit. Imo & eodem modo אפריון, quod eſt Græcum φορεῖον, *lecticam* ſignificans Cant. III, 9. per Phœnices in Orientem tranſiiſſe, eruditi putant. Vid. Cl. LAMPII Faſcic. Concion. libro vernaculo, cui titulus: *Der heilige Braut-Schmuck der Hochzeit-Gæſte des Lams* addit. p. 9. Neque minus cum inſtrumentis Muſicis, a Græcis ad Chaldæos translatis, eorundem nomina קיתרס κίθαρις vel κιθάρα, סבכא σαμβύκη, פסנתרין ψαλτήριον, סומפניה συμφωνία, quorum mentio Dan. 3, 5. ad eosdem Chaldæos veniſſe, veriſimile. Vice verſa ex oriente ad Græcos tali ratione translatum eſt παράδεισος. Hoc enim eſſe orientale פרדס, bene ſtatuerunt Viri Doctiſſimi, laudati Cl. VON SEELEN not. ad BURTONI λείψανα Vet. Ling. Perſ. p. 68. Ut alia ejus generis plura taceam. Conf. GEIERUM ad Dan. l. c. p. 249. & ECKHARDUM Techn. Sacr. p. 118.

IX. Cum igitur fixa adhuc ſtet eorum ſententia, quod vallis *Kedron* a cedris nomen ſortita ſit, & in vallem iſtam fons ex templo Hieroſolymitano promanaverit, admodum eſt veriſimile, quod Joël verbis adductis eo reſpexerit, atque innuerit, quod, ſicuti in Veteri Teſtamento aquæ fontis Etam cum ſanguine animalium oblatorum e templo Hieroſolymitano prodeuntes, affluentibus ſimul aquis fontis, ex ſancto ſanctorum emanantis, vallem cedrorum rigaverint æque ac fœcundaverint, ita in Novo Teſtamento Chri-

ſtus

ſtus *δι' ὕδατος καὶ αἵματος*, *per aquam & ſanguinem* ſit venturus, & ex templo corporis ejus cum ſanguine ipſius, tanquam agni in cruce oblati, ejusmodi fons profluxurus, qui una fluminis inſtar copioſe affluente ex ſanctiſſimo Deitatis throno Spiritus Sancti, teſtimonium de illo perhibentis, gratia, hanc lacrymarum vallem ita rigaturus & fœcundam redditurus ſit, ut arbores juſtitiæ, tanquam cedri in vallibus irriguis, altius in illa ſurgant, & fructus uberrimos ferant. Conf. Joh. XIX, 34. 1. Joh. V, 6. 8. Atque adeo manet probabile, quod שטים apud Joëlem cedros denotent; quemodmodum etiam de iis expoſuit Cel. VITRINGA in libro : *Inleydinge tot het rechte Verſtand van den Tempel Ezechielis* T. II. p. 390. ſqq. Vid. & quæ ex illo recenſet Ven. LANGIUS in Commentario vernaculo in Prophetas, cui titulus *Prophetiſch Licht und Recht* p. 210. ſq.

X. Sed & PHILO Judæus ligna שטים, tabernaculo adhibita, de *cedris* expoſuit. Sic enim Lib. III. de Vit. Moſ. p. 453. de tabernaculo : Ἦν δὲ κατασκευὴ τοιάδε· ὀκτὼ καὶ τεσσαράκοντα κίονες ΚΕΔΡΟΥ τῆς ἀσηπτοτάτης ἀπὸ σελέχων κοπέντες εὐερνεστάτων περιεβάλλοντο χρυσῷ βαθεῖ. *Hunc vero in modum fabricatum eſt : Quadraginta octo columnæ CEDRINÆ putredini minime obnoxiæ e ſelectiſſimis arboribus exciſæ auro ſpiſſo operiebantur.* Idem p. 454. de columnis atrii, quod tabernaculo fuit circumdatum : Ὕλη δὲ τῶν στύλων, τὰ μὲν ἐντὸς, κέδρος, τὰ δ' ἐκ τῆς ἐπιφανείας ἄργυρος. *Columnarnm vero materia intus CEDRINA, tecta laminis argenteis.* Talmudici etiam præſtantiſſimam cedri ſpeciem fuiſſe volunt, quod ſe neſcire fatetur Celeb. CLERICUS ad Exod. XXV, 5. an verum ſit, addens : *Certe oportet fuiſſe arborem & proceram & craſſam, ex qua ſeſquicubitales tabulæ fieri poſſent, ut ſequente capite docet Moſes.* Sed tales arbores cedros fuiſſe, luculenter teſtatur THEOPHRASTUS Lib. V. c. 9. Verba ejus ſupra §. VII. p. 52. vidimus. Et MAUNDRELLUS, cedrorum Libani αὐτόπτης, in Itin. p. 196. ed. Germ. refert, ſe unam grandiorum menſum eſſe, quæ in orbe ſeu circumferentia pedes ſex, & triginta ſex pollices, craſſa fuerit; addens, quindecim vel ſedecim pedibus a ſolo ſtirpem ejus diviſam fuiſſe in quinque partes, quarum unaquæque magnam arborem æquaverit. Conf. & DE LA ROQUE *Voyage de Syrie & du Mont-Liban* T. I. p. 68. & 72. Ceterum multos alios etiam tam ex Judæis, quam ex Chriſtianis ligna *Sittim* de *cedris* interpretari, docent Viri Doctiſſimi, HASÆUS in Diſſ. Obſ. Philol. p. 186. 187. & SCHLICHTERUS de Menſ. Facier. p. 12.

XI. Equi-

XI. Equidem idem ille, quem modo laudavi, præſtantiſſimus ætatis noſtræ Philologus, THEODORUS HASÆUS, loco citato peculiari opera de ligno *Sittim* differens, multis argumentis evincere annititur, non ſolum in loco Joëlis, ſed etiam alibi in Scriptura, ubi ligni illius fit mentio, per illud non cedri quoddam genus, ſed *acaciam*, ſive *ſpinam Arabicam* intelligendam eſſe. Et primo quidem ſe illorum opinioni, qui apud Prophetam per נחל השטים *rivum* vel *vallem cedrorum* intelligunt, ideo pollicem non poſſe premere adſerit p. 176. quod ibi promittatur aliquid ſingulare atque mirum; tale autem non fuerit, quod fons aquarum, ex templo fluens, undas ſuas exoneraverit in Kedronem. Sed, huic argumento ut reſpondeam, concedo utique, quod ſingulare aliquid in verbis Prophetæ promittatur. Aſt ſingulare illud non quærendum in literali, ſed ſpirituali & myſtico verborum ſenſu, ſive antitypo, qui fonte aquarum, ex templo fluentium, & undas ſuas in Kedronem exonerantium, fuit præfiguratus. Quemadmodum & in verbis Prophetæ, proxime præcedentibus: *Et erit in die illa, ſtillabunt montes muſto, & colles fluent lacte, & omnes rivi Judæ fluent aquis*, non juxta literalem, ſed ſpiritualem ſenſum ſingulare aliquid promittitur. Deinde & alia argumenta affert, quibus ſe impediri dicit, ne in verbis Prophetæ rivum Kedron intelligat, quæ tamen partim levioris momenti ſunt, partim etiam ita comparata, ut ex illis, quæ ſupra a me allata ſunt, facile quis illis reſpondere poſſit.

XII. Inter illa vero argumenta, quibus ſe coactum fatetur Doctiſſimus HASÆUS, ab eorum ſententia diſcedere, qui & alibi in Scriptura *Sittim* de cedris exponunt, duo potiſſimum ponderis aliquid habere videntur. *Primum* eorum eſt, quod in illis locis, in quibus olim uſus fuiſſe lignorum Sittim legitur, in Arabiæ deſertis, cedrorum nihil deprehendere vel volæ vel veſtigii potuerit, quicquid etiam eum in finem impenderit operæ. Vid. p. 181. Sed lignum cedrinum in Arabiæ deſerto Iſraëlitis non plane defuiſſe, patet ex lege Levit. XIV, 4. 6. qua lignum cedrinum in leproſi purgatione, & Num. XIX, 6. qua idem lignum una cum vacca rufa comburi debuit. Et licet etiam admittam, quod cedri ſponte ibi natæ non ſint, tamen humana opera plantatæ in locis quibusdam occurrere potuerunt, quemadmodum & in Babylonia in nemoribus & hortis cupreſſi inventæ ſunt, ſponte ibi non naſcentes. Vid.

Sect. I. § XXIV. & in Judæa postmodum cedri plantatæ, locum ibi alias non habentes. Quid? quod valde probabile, quod Bileamus eo ipso tempore, quo Israëlitas in Moabitide cum cedris juxta aquas comparavit juxta Num. XXIV, 6. cedros altius juxta aquas assurgentes viderit. Sicuti & paulo post v. 8. ex eo, quod, cum columna nubis & ignis, inter Israëlitas cœlum versus exsurgens, ob oculos ipsi versaretur tanquam cornu monocerotis, ansam eripuit dicendi: *Deus fortis eductor eorum ex Ægypto, est ei, ut vires monocerotis*. Conf. Cel. LAMPII Medit. *de Cornu Salut. fulgid.* in Bibl. Brem. Cl. II. p. 690. Firmatque conjecturam meam de cedris, a Bileamo conspectis, quod Israëlitæ tum temporis tentoria habuerint in *Sittim*, loco ab arboribus, quas vidit, & generali nomine ארזים appellavit, (שטים enim certam quandam cedrorum speciem denotant, vid. Sect. Prior § XLI.) nomen procul dubio habente. Vid. Num. XXV, 1. Mich. VI, 5.

X II. *Alterum* argumentum eorum, quæ jam examinanda sumsi, clarissime rem totam conficere, & quantivis momenti esse, Cel. HASÆO videtur. Est illud petitum ex 2. Sam. VII, 7. ubi Deus dicit, se nunquam dixisse: *Quare mihi non ædificastis domum?* coll. 1. Par. XVII, 1. ubi David ait, *se quidem habitare in domo cedrorum, cum sub cortinis esset arca fœderis*, & deinde verbum Dei adducitur, quo *nunquam se conquestum* testatur, quod non cedrorum domum sibi exstruxerint, v. 6. Hæc nunquam dici potuisse putat HASÆUS, si ligna Sittim, ex quibus tabernaculum exstructum est, fuissent cedri. Sic enim Deum jussisse sane, domum cedrorum sibi exstrui, Deumque habitasse in domo cedrorum; nunc autem aperte innui, talem arboris speciem domui Dei exstruendæ adhibitam, qualis nondum adhibita fuerit. Sed res nostra adhuc salva est. Nam ex verbis illis Scripturæ nihil aliud confici potest, quam quod Deus *domum* cedrorum antea non habuerit, & saltem in *tabernaculo* & *sub cortinis* habitaverit. Res manifesta ex 2. Sam. VII, 5. 6. ubi ita: *Hæc dicit Dominus: Num quid ædificabis mihi domum ad habitandum? Neque enim habitavi in domo ex die illa, qua eduxi filios Israël de terra Ægypti, usque in diem hanc, sed ambulabam in tabernaculo & in tentorio per cuncta loca, quæ transivi cum omnibus filiis Israël.* Licet ergo Deus *in domo cedrorum* antea non habitaverit, tamen inde minime sequitur, quod & *in tabernacalo* atque *tentorio*, cui *lignum cedrinum* fuerit

fuerit adhibitum, habitare non potuerit. Domus enim & tabernaculum ibi manifeste sibimet invicem opponuntur. Conf. Cl. SONNTAGII Diss. de *Lignis Sittim* p. 10.

XIV. Possem nunc etiam de illis argumentis aliquid dicere, quibus probare Doct. HASÆUS conatur, lignum *Sittim* esse *acaciam*, sed, cum illa peculiarem operam requirere videantur, nihil amplius addam, quam hoc, quod, cum nihil sententiæ suæ obstare dicat p. 241. omnino illi obstent verba Jes. XLI, 19. & Viri Eruditissimi, CAMP. VITRINGA, ad eadem observata, quæ adduxi Sect. I. §. XLI. Et miror, quod, cum evolverit illum HASÆUS, ipso indicante p. 189. argumenta ejus, præter unicum de magnitudine spinæ Arabicæ, intacta plane reliquerit. Sic & Cl. SONNTAGIUS Diss. cit. p. 11. bene observat, quod ארז שטה Jes. l. c. per accentum Munach non divellantur, sed conjungantur. Equidem contrarium statuit Cl. SCHLICHTERUS de Mens. Facier. p. 13. & ad sententiam suam probandam refert quod accentibus Munach & Merca in nominibus דניאל חנניה Dan. I, 6. diversissimæ personæ indigitentur. In eadem ante illum sententia fuit doct. BERNARDUS EIBEN in Diss. *de Sylva Mystica Ecclesiæ promissa* ad Es. l. c. Præside Cl. ALBERTO SCHUMACHER Brem. 1724. defensa, p. 7. Sed per accentum Munach voces omnino conjungi, patet ex verbis Jes. l. c. proxime sequentibus, in quibus in עץ שמן Munach in priori voce עץ eodem modo legitur, quo modo ante in ארז שטה in priori ארז. Vide etiam 1. Reg. VI, 24. & 2. Par. II, 8. ubi idem accentus עצי ברושים, & עצי לבנון eodem modo conjungit. Sicuti ergo in his locis accentus Munach voces sine distinctione legendas esse innuit, easque, quæ indigitant, de quanam specie lignorum ibi sermo sit, cum Vocibus, quæ genus significant, arcte copulat, ita eandem potestatem in ארז שטה habet, & de cedri quædam specie, שטה dicta, ibi sermonem esse, declarat. Locum vero Danielis quod attinet, ex contextu quidem patet, quod דניאל & חנניה diversissimæ sint personæ, tamen accentibus Munach & Sakephkaton, (hic enim, non Merca ibi occurrit) illud non indigitatur. Sed Munach potius ibi innuit, quod nomen דניאל cum sequenti חנניה conjunctim, & sine intermissione quadam legendum sit, & Sakephkaton tanquam comma nomen a sequentibus distinguit.

XV. Quo vero in orbitam tandem redeamus, *odor* ligni *cedrini* templo Hierosolymitano æque ac tabernaculo adhibiti, (1) innuebat, quod Christus Deo & hominibus tam gratus tamque acceptus futurus sit, ac si halitus de se spargeret fragrantissimos, quod corpus, Christo a Patre ipsius aptatum, longe suavius illi futurum sit, quam omnia Veteris Testamenti sacrificia, Ps. XL, 7. Hebr. X, 5. quæ alias לריח ניחוח ליהוה *in odorem suavitatis Domino* fuisse legimus, ut de holocausti sacrificio Levit. I, 9. 13. 17. de Mincha II, 2. 9. de eucharisticis sive pacificis III, 5. 16. de sacrificiis pro peccatis vel expiatoriis IV, 31. quod hominibus etiam corpore suo ejusque membris, tam in vita, quam in morte, odorem gratissimum præstiturus sit. In vita quidem, lingua verba vitæ proferendo, manibus sanando, pedibus ad succurrendum miseris alacriter eundo. In morte autem, corpus illi sponte tradendo, atque sic peccata eorum expiando. Conf. Celeb. BUDDEI Diss. de Fragrant. Christi ad 2. Cor. II, 15. 16. Sect. II. §. 7. p. 40. sqq. (2) Innuebat, quod corpus Christi mysticum, Ecclesia, Deo ex fragrantia Christi, per fidem in illud derivata, extincto peccatorum ejus fœtore, pariter suavissimum futurum sit, & oleum Spiritus Sancti halitum ex illa omnis generis virtutum, Deo & hominibus jucundissimum, sparsurum sit. Quemadmodum etiam inde odor vestium ejus comparatur *odori Libani* Cant. IV, 11. Et pulchre EUSEBIUS Demonstr. Ev. Lib. IV. c. 15. p. 109. Μύριοι γὰρ τῶν τὰ σώματα τεθηλυμένων, ἐμπαθεῖς ἄλλως καὶ ἀκόλαστοι, μύρων καὶ ποικίλων περιεργίαις χρώμενοι, πάσης αἰσχρᾶς καὶ ῥυπώσης δυσωδίας τὰς ψυχὰς ἐπιφέρονται, ὡς ἔμπαλιν οἱ θεοφιλεῖς, ΑΡΕΤΗΣ ΕΜΠΝΕΟΝΤΕΣ, τὴν πολὺ κρείττονα τῶν ἀπὸ γῆς ἀρωμάτων, τὴν ἀπὸ σωφροσύνης καὶ δικαιοσύνης καὶ πάσης εὐσεβείας ἀναδιδομένην ΕΥΩΔΙΑΝ ἐπαγόμενοι, τὴν τῶν ὑλικῶν σωμάτων ὀδμὴν ἐν οὐδενὶ τέθεινται λόγῳ. *Etenim innumerabiles effœminata corpora habentes, affectibus præterea indulgentes & voluptatibus dediti, quum in variorum unguentorum usu curiosi sunt, animas turpi quovis & sordido fœtore male olentes reddunt; sicut e contrario, qui amici Dei sunt, VIRTUTEM SPIRANTES, & multo præstantiorem a temperantia atque justitia, & omni pietate, quam a terræ aromatibus, halantem FRAGRANTIAM spargentes, odorem corporum, quæ materia constant, nihili prorsus faciunt.* Conf. Cl. LAMPII Comment. in Psalm. XLV. p. 310. sq.

XVI.

XVI. *Nitor* ligni *cupressini*, qui in valvis templi Hierosolymitani splendebat, partim designabat, quod radii Deitatis ex corpore Christi per miracula sint prodituri, quod Pater ipsum glorificaturus, & glorificatus ille futurus sit *lumen gentium*, & hi illo allecti ovile sint ingressuri; partim quod membra Ecclesiæ ipsius *lumen* suum & doctrina & vita ita aliis ostensura sint, ut pariter se illis adjungerent.

XVII. *Albedo pinei* ligni significabat & innocentiam, justitiam & sanctitatem Christi, & Ecclesiam similem illi in ea futuram, *non habentem maculam, aut quicquam ejusmodi, sed sanctam & irreprehensibilem* Ephes. V, 27. & *sanctitatem perenne domus Dei fore ornamentum*, Ps. XCIII, 5.



SPECIMINA
NOVI THESAURI PHILOLOGICI
SIVE
LEXICI IN LXX. ET ALIOS INTERPRETES, ET SCRIPTORES APOCRYPHOS VETERIS TESTAMENTI.



SPECIMINA
NOVI THESAURI PHILOLOGICI.

EX LITERA A.

Ἀγορὰ, forum, platea. עזבונים plur. nundinæ, Ezech. 27, 12. ἀργύριον ϗ χρυσίον ϗ σίδηρον ϗ κασσίτερον ϗ μόλιβδον ἔδωκαν τὴν ἀγορὰν σου, pro εἰς τὴν ἀγορὰν σου, *argentum & aurum & ſtannum & plumbum dederunt in nundinas tuas.* Vid. & v. 14. 16. 22. & conf. v. 18. ubi εἰς additur. שוק platea, Eccleſ. 12, 4. κλείσουσι θύρας ἐν ἀγορᾷ, *claudent fores in platea.* Vid. & v. 5. & Cant. 3, 2. חוץ platea, *Sym.* Job 18, 17. οὐκ ἔςαι ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ πρόσωπον ἀγορᾶς, *non erit nomen ejus in ſuperficie plateæ.* Tob. 2, 3. ἔῤῥιπῖαι ἐν τῇ ἀγορᾷ, *jacet in platea.* 3. Eſd. 2, 18 τὴν πόλιν οἰκοδομοῦσι, τάς τε ἀγορὰς αὐτῆς, *urbem ædificant & plateas ejus.* Vid. & 2. Macc. 2, 10. & conf. Matth. 11, 16. 23, 7. Marc. 6, 56. 12, 38. Luc. 11, 43. 20, 46. ubi ἐν ἀγοραῖς, quod vulgo vertunt *in foro*, vel *in foris*, malim reddere *in plateis*, ut reddit etiam SYRUS Matth. Marc. & Luc. locis citatis, & VULGATUS Marc. 6, 56. Adde HEINSII Exerc. Sacr. in Matth. 7, 4. p. 103.

Ἀριθμὸς, numerus, numerus exiguus, multitudo, populus, cohors militaris. מדה menſura, Pſalm. 38, 6. γνώρισόν μοι, Κύριε, τὸ πέρας μου, ϗ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν μου τίς ἐςιν, *notum mihi fac terminum meum, & numerum dierum meorum quis ſit*, i. e. quam exiguus ſit numerus dierum meorum. Inde forte apud HESYCHIUM: Ἀριθμὸν, (ſic enim legend. puto pro Ἀριθμὸς) μέτρον, ἀριθμῷ ὀλίγους. Ἀριθμὸν, *menſuram, numero paucos.* מכסה ſumma, Exod. 12, 4. מנין Chald. Eſd. 6, 17. מספר Num. 9, 10. ἡμέρας ἀριθμῷ ſc. ὀλίγας, *dies numero* paucos. Sic & Ezech. 12, 16. ὑπολείψομαι ἐξ αὐτῶν ἄνδρας ἀριθμῷ ſc. ὀλίγους, *relinquam ex illis viros numero* paucos. Hic ὀλίγους ſubaudiendum eſſe, colligo ex Deut. 4, 27. Jer. 44, 28. & Ezech. 5, 3. ubi additur. Poſſumus etiam ſubintelligere βραχεῖς. Vid. Pſalm. 104, 12. Eſ. 10, 19. καταλειφθέντες ἀπ᾽ αὐτῶν ἀριθμὸς ἔσονται, *relicti ex illis numerus*, h. e. numerus exiguus, vel numero

pauci

pauci erunt. Ita Sir. 17, 2. ἡμέρας ἀριθμῦ καὶ καιρὸν ἔδωκεν αὐτοῖς, *dies numeri*, h. e. exigui numeri, *& certum tempus dedit illis*. Et Sir. 41, 6. ἀγαθῆς ζωῆς ἀριθμὸς ἡμερῶν, *bonæ vitæ numerus dierum*, h. e. exiguus numerus dierum bonæ vitæ. Vid. & Sir. 33, 9. 37, 28. & conf. aliquando, quæ notavi in v. Ἀριθμητός. מסרת הברית vinculum fœderis, Ezech. 20, 37. καὶ διάξω ὑμᾶς ὑπὸ τὴν ῥάβδον μου, καὶ ἄξω ὑμᾶς ἐν ἀριθμῷ, *& vos transire faciam sub virga mea, & introducam vos in numero*, i. e. numeratos vos introducam. Hic pro ἐν ἀριθμῷ LAMBOS Proleg. in LXX. Int. legendum censet ἐν ἀρθμῷ, *in fœdere*. Sed dissentire liceat a Viro Eruditissimo. Nam in versione illa Græca manifeste respicitur ad morem, quo pastores armenta & greges sub virga numerare solebant. Mentio ejus Lev. 27, 32. πᾶν ὃ ἐὰν ἔλθῃ ἐν τῷ ἀριθμῷ ὑπὸ τὸν ῥάβδον, τὸ δέκατον ἔσται ἅγιον τῷ Κυρίῳ, *omne decimum, quod in numero* (id est, inter numerandum) *sub virga transit, sanctum erit Domino*. Eo etiam alluditur Jer. 33, 13. ἔτι παρελεύσεται πρόβατα ἐπὶ χεῖρα ἀριθμοῦντος, *adhuc transibunt oves ad manum numerantis*. Sic & ex profanis monumentis patet, quod pastores, antequam greges sub vesperam in stabula reduxerint, numerare illas consueverint. Vide loca ea rem observata magno BOCHARTO Hieroz. P. I. L. II. c. 44. p. 459. Adde, quæ de pastoribus, pecus numerantibus, notat ill. SPANHEMIUS in CALLIMACHUM p. 709. מעלה gradus, 4. Reg. 20, 11. מתים plur. homines, Deut. 26, 5. καὶ παρῴκησεν ἐκεῖ ἐν ἀριθμῷ βραχεῖ, *& commorabatur ibi cum exiguo populo*. Vid. & Deut. 28, 62. ספר 2. Par. 2, 17. פקוד part. pah. numeratus, recensitus, Num. 3, 22. פקדה numeratio, recensio, 2. Par. 17, 14. 26, 11. צבא exercitus, Es. 34, 2. θυμὸς Κυρίου ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ὀργὴ ἐπὶ τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν, *excandescentia Domini super omnes gentes, & ira super multitudinem illorum*. קצה finis, Es. 2, 7. 8. ראש caput, summa, Num. 1, 49. 1. Macc. 9, 65. καὶ ἐξῆλθεν ἐν ἀριθμῷ, *& exibat cum numero*, h. e. cum cohorte militari. Sic & Latinis *numerus* pro *cohorte militari* usurpatur. Unde apud HESYCHIUM Ἐκ σπείρης Act. 10, 1. exponitur ἐκ τάγματος, ἐκ νουμέρου, *ex ordine, ex numero*. Ad quem locum SCPINGIUS hæc notat ex CICERONIS Lib. V. in Verrem: *Ex quo numero? ex eadem cohorte*. Conf. & quæ in Thesauris Lat. Linguæ ex aliis observantur, & Cl. ALBERTI not. ad Glossar. Græc. in N. T. p. 71. sq.

EX

EX LITERA B.

Βαΐνη sc. ἐσθὴς, 1. Macc. 13, 37. juxta TROMMIUM in Concordant. vestis Spadicea, Belg. *bruyn-root*, vel *castinie bruyn*. Similiter alii illam interpretantur. Alii vero adhuc aliter. Vid. DRUSIUM ad 1. Macc. l. c. ubi ita Rex Demetrius in Epistola ad Judæos: Τὸν στέφανον τὸν χρυσοῦν, καὶ τὴν βαΐνην, ἣν ἀπεστείλατε, κεκομίσμεθα. Mihi, si βαΐνη hic de veste dicitur, ut verisimile, de *tunica palmata* potius videtur accipienda, quali Scipio aliquando & Masanissam, regem appellatum, una cum *aurea corona* & aliis rebus donavit. Sic enim LIVIUS Lib. XXX. c. 15. de illo: *Masanissam, primum regem appellatum, eximiisque ornatum laudibus, AUREA CORONA, aurea patera, sella curuli, & scipione eburneo, toga picta, & PALMATA TUNICA donat.* Utque Latinis tunica illa *palmata* dicta est a *palmis*, quas intextas habuit, ita Græcis etiam a βαΐοις, quæ *ramos palmarum* illis notant, βαΐνη dici potuit. Conf. de illa DEMSTERUM ad ROSIN. Antiqu. Rom. L. X. c. 29. p. 1689. sqq. RUBENIUM de Re Vest. L. I. c. 21. p. 123. sqq. BRAUNIUM de Vest. Sacerd. Hebr. L. I. c. 17. §. 274. Verba igitur 1. Macc. l. c. ita reddenda sunt: *Coronam auream, & tunicam palmatam, quam misistis, accepimus.*

Βάπτω, mergo, tingo, intingo, imbuo, inficio. בוא in hoph. הובא adducor, Lev. 11, 32. טבל Exod. 12, 22. βάψαντες ἀπὸ τοῦ αἵματος, *tingentes* (fasciculum hyssopi) *in sanguinem.* Lev. 4, 17. καὶ βάψει ὁ ἱερεὺς τὸν δάκτυλον αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ μόσχου, *& intingat sacerdos digitum suum in sanguinem vituli.* Vid. & Lev. 14, 16. Inde & in verbis Luc. 16, 24. ἵνα βάψῃ τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου ὕδατος, *ut tingat extremam digiti partem in aquam*, quorum syntaxin PASOR in Præfat. HESICD. diu se exercuisse fatetur, & in quibus ὕδατος pro ἐν ὕδατι, LAMB. BOS vero Ellips. Græc. p. 329. pro ἐφ' ὕδατος positum putat, malim subintelligere præpositionem ἀπὸ, ut sit pro βάψῃ ἀφ' ὕδατος. Lev. 4, 6. βάψει ὁ ἱερεὺς τὸν δάκτυλον εἰς τὸ αἷμα, *intingat sacerdos digitum in sanguinem.* Vid. & Lev. 9, 9. 1. Reg. 14, 27. Deut. 33, 24. βάψει ἐν ἐλαίῳ τὸν πόδα αὐτοῦ, *intinget pedem suum in oleum.* Vid. & Ruth. 2, 14. 4. Reg. 8, 15. Job. 9, 31. מחץ Psalm. 67, 25. צבא Chald. Dan. 4, 30. ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐβάφη, *rore cœli corpus ejus infectum est.* Vid. & Dan. 5, 23.

EX LITERA Γ.

Γέννημα, progenies, fœtus, germen, fructus, proventus. אב fructus recens, Cant. 6, 10. אמר sermo, verbum, Gen. 49, 21. בר frumentum, Job. 39, 4. גדוד sulcus, Psalm 64, 11. יבול proventus, Lev. 26, 4. ἡ γῆ δώσει τὰ γεννήματα αὐτῆς, *terra dabit fructus suos.* Hab. 3, 16. οὐκ ἔσται γεννήματα ἐν ταῖς ἀμπέλοις, *non erunt fructus in vitibus.* יורה fut. hiph. à ירה projicio, it. pluere facio; hinc nomen יורה pluvia tempestiva, Os. 10, 13. ἕως τοῦ ἐλθεῖν γεννήματα δικαιοσύνης ὑμῖν, *usque dum veniant vobis fructus justitiæ.* Conf. 2. Cor. 9, 10. & GROTIUM ad h. l. יליד natus, Jos. 15, 4. γεννήματα τοῦ Ἔνακ, *progenies Enak.* יצא partic. exiens, Deut. 14, 22. מלאה plenitudo, Deut. 22, 9. פרי fructus, Deut. 28, 4. 18. τὰ γεννήματα τῆς γῆς σοῦ, *fructus terræ tuæ.* Vid. & Jer. 7, 19. & conf. Sap. 16, 19. & 1. Macc. 11, 34. פריה part. fœm. frugifera, Es. 32, 12. ἀμπέλου γεννήματος, *vitis fructus*, h. e. vitis frugiferæ. תבואה proventus, Exod. 23, 10. σπερεῖς τὴν γῆν σου, καὶ συνάξεις τὰ γεννήματα αὐτῆς, *seminabis terram tuam, & fruges ejus colliges.* Vid. & Ezech. 48, 18. Prov. 14, 4. Deut. 22, 9. μετὰ τοῦ γεννήματος τοῦ ἀμπελῶνός σου, *cum fructu vineæ tuæ.* Similiter Matth. 26, 29. ἐκ τούτου τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου, *ex hoc fructu vitis*, h. e. ex hoc vino. Similes locutiones & profani scriptores de vino habent. Vide BLACKWALLUM Crit. Sacr. N. T. p. 394. & Auctores Cl. WOLLIO in notis ibi laudatos. Adde Cel. SCHWARTZII Comment. Crit. & Philol. Gr. Ling. p. 278. 4. Reg. 8, 6. πάντα τὰ γεννήματα τοῦ ἀγροῦ. *omnes proventus agri.* 2. Par. 32, 28. τὰ γεννήματα τοῦ σίτου, καὶ οἴνου, καὶ ἐλαίου, *proventus frumenti, & vini, & olei.* Es. 30, 23. καὶ ὁ ἄρτος τοῦ γεννήματος (pro ἐκ τοῦ γεννήματος, conf. LAMB. BOS Ellips. Græc. p. 314.) τῆς γῆς σου, *panis ex frugibus terræ tuæ.* תנובה idem, Deut. 32, 13. Jud. 9, 11. Ezech. 36, 30. Male hanc vocem de *fructibus* usurpari & rectius pro illa adhiberi καρπὸν, docuerunt THOMAS MAGISTER & PHRYNICHUS. Sed POLYBIUM etiam, & PLATONEM fructus γεννήματα vocasse, docet Doctiss. GEORGIUS Hierocrit. N. T. L. II. c. 1. p. 115. Et in glossis veteribus *segetibus* vertitur καρποῖς, γεννήμασι. Vide IAC. HASÆUM in Bibl. Brem. Cl. VII. p. 813. אכל cibus, *Incert.* Gen. 41, 35. γεννήματα. מולדה progenies, *Incert.* Lev. 18, 9. תלדת generationes, *Aqu.* Gen. 4, 1. γεννήματα, *progenies.* Sir. 10, 19. γεννήμασι γυναικῶν, *natis mulierum*, sive, ut in Lex. PASORIS exponitur, *prognatis ex mulieribus.* 1. Macc. 1, 40. ἐγένετο ἀλλοτρία τοῖς γεννήμασιν αὐτῆς, *facta est aliena natis suis.* Ita CONON, Narrat. 21. Πρόκνη πα-

ρατι-

ϱατίθησιν αὐτῷ δεῖπνον τὰ αὐτȣ̃ γεννήματα, *Procre apponit illi in cœnam natos suos.* Conf. LAMB. BOS not. ad THOM. MAGISTR. p. 13. HESYCHIUS: Γέννημα, παιδίον. Γέννημα, *infans.*

Γνώμη, ſententia, decretum, edictum, conſilium, permiſſio, conceſſio. דתא Chald. lex, edictum, Dan. 2, 15. περὶ τίνος ἐξῆλθεν ἡ γνώμη ἡ ἀναιδὴς, *quare exierit decretum illud durum.* טאם Chald. Eſd. 4, 19. παρ' ἐμȣ̃ ἐτέθη γνώμη, *a me promulgatum eſt edictum.* Eſd. 5, 3. τίς ἔθηκεν ὑμῖν γνώμην, τȣ̃ οἰκοδομῆσαι τὸν οἶκον τȣ̃τον; *quis dedit vobis edictum, ut hanc domum ædificaretis?* Vid. & v. 13. 17. 6, 1. 3. 8. &c. Dan. 2, 14. τότε Δανιὴλ ἀπεκρίθη (κατὰ) βȣλὴν καὶ γνώμην, *tunc Daniel reſpondebat de conſilio & edicto.* HESYCHIUS: Γνῶμαι, τὰ ψηφίσματα. Γνῶμαι, *decreta.* סוד arcanum conſilium, Pſalm 82, 3. ἐπὶ τὸν λαόν σȣ κατεπανȣργεύσαντο γνώμην, *ſuper populum tuum malignum inierunt conſilium.* מעללים plur. *Theod.* Oſ. 5, 4. γνώμας, ubi LXX. διαβȣ́λια, *Sym.* βȣλὰς, *conſilia.* עצות conſilia, *Incert.* Pſalm 12, 3. τάξω γνώμας, *ſtruam conſilia.* Sic 2. Macc. 4, 39. μετὰ τῆς Μενελάȣ γνώμης, *Menelai conſilio.* Et Sap. 7, 15. ἐμοὶ δέδωκεν ὁ Θεὸς εἰπεῖν κατὰ γνώμην, *mihi dedit Deus loqui juxta conſilium*, h. e. conſiderate, ſapienter, prudenter. Sic & Γνώμη (leg. Γνώμην) δίδωμι ex 1. Cor. 7, 25. exponitur συμβȣλεύομαι, *conſilium do*, apud HESYCHIUM poſt v. Γνόφος. Conf. quæ ex THEODORETO, & THEOPHYLACTO affert SUICERUS Theſ. T. I. p. 768. Eodem ſenſu *Ælianus* Var. VII, 14. οὐδὲν γὰρ διοίσει, εἴ τις διὰ γνώμης ὤνησέ τινας, εἴτε δι' ὅπλων, *nihil enim intereſt, ſive quis conſilio, ſive armis alios juvet.* SUIDAS: Γνώμη, ἡ βȣλή. Γνώμη, *conſilium.* רשיון licentia, *Al.* Eſd. 3, 7. διὰ γνώμης Κύρȣ βασιλέως, *per conceſſionem Cyri Regis.* LXX. ibi habent: κατ' ἐπιχώρησιν. 2. Macc. 9, 20. κατὰ γνώμην, *ex animi ſententia, ex voto.* 2. Macc. 11, 37. ἐπιγνῶμεν, ὁποίας ἐςὲ γνώμης, *cognoſcamus, cujus ſitis ſententiæ.* 2. Macc. 14, 20. ὁμοψάφȣ γνώμης, *conſentientis ſententiæ.* Conf. aliquando, quæ notavi in v. Προαίρεσις.

EX LITERA Δ.

Διάδοχος, ſucceſſor, it. proximus ab aliquo dignitate, ſecundum locum habens. ליד ad manum, 1. Par. 18, 17. υἱοὶ Δαβὶδ οἱ πρῶτοι διάδοχοι τȣ̃ βασιλέως, *filii Davidis primi proximi a rege*, h. e. proxime illi in throno a dextris & ſiniſtris ſedebant. Conf. Matth. 20, 21. ubi eò, nî fallor, reſpiciens mater filiorum Zebedæi, & pro occæcata gentis ſuæ opinione terrenum Davidis thronum, ab optimo Servatore occupandum, ſomnians, illum illa rogaſſe legitur: Εἰπὲ,

ἵ:α καθίσωσιν οὗτοι οἱ δύο υἱοί μου, εἷς ἐκ δεξιῶν σου, καὶ εἷς ἐξ εὐωνύμων, ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. *Fac, ut sedeant duo hi filii mei, alter a dextris tuis, & alter a sinistris, in regno tuo.* משנה secundus, 2. Par. 28, 7. τὸν Ἐλκανὰ τὸν διάδοχον τοῦ βασιλέως, *Elcanam proximum a rege.* שר princeps, 2. Par. 26, 11. διὰ χειρὸς Ἀνανίου τοῦ διαδόχου τοῦ βασιλέως, *per Ananiam, proximum a rege.* Sic & PHILO lib. de Josepho p. 369. εἶτ' αὐτὸν καθίστησι τῆς βασιλείας διάδοχον, *deinde illum proximum a se in regno ministrum, sive proregem constituit.* Eidem PHILONI eod. lib. p. 373. Josephus audit τοσαύτης ἡγεμονίας διάδοχος, ἀρχὴν τὴν μετὰ βασιλέα πρώτην ἀναψάμενος, *in tanto imperio secundum locum habens, primam post regem dignitatem assecutus.* Sir. 46, 1. διάδοχος Μωυσῆ ἐν προφητείαις, *successor Mosis in prophetiis.* Vid. & Sir. 48, 8. & 2. Macc. 4, 29.

Διάφορον, pecunia, donum, vectigal. Sir. 7, 19. μὴ ἀλλάξῃς φίλον ἕνεκεν διαφόρου, μηδ' ἀδελφὸν γνήσιον ἐν χρυσίῳ Σουφεὶρ, *non commutes amicum pecunia, neque fratrem genuinum auro Ophiritico.* Sic enim pro ἀδιαφόρου bene legendum censet SOPINGIUS not. ad HESYCH. v. Διάφορον. Sic etiam VULGATUM ibi legisse putat GROTIUS. Sic & Sir. 27, 1. χάριν ἀδιαφόρου πολλοὶ ἥμαρτον, pro ἀδιαφόρου reponendum esse διαφόρου, cum CASAUBONO idem GROTIUS existimat. Atque adeo verba ita reddenda sunt: *Propter pecuniam multi deliquerunt.* Conf. Sir. 42, 7. ubi pro ἀδιαφόρου in nonnullis Codicibus διαφόρου expresse legitur. Et verba ibi, quæ sine distinctione leguntur, περὶ διαφόρου πράσεως καὶ ἐμπόρων, ita distinguenda sunt: περὶ διαφόρου, πράσεως, καὶ ἐμπόρων, *de pecunia, venditione, & negotiatoribus.* Et alias etiam διάφορον pro *pecunia* passim usurpatur. Ita 2. Macc. 3, 6. καὶ προσήγγειλε περὶ τοῦ χρημάτων ἀμυθήτων γέμειν τὸ ἐν Ἱεροσολύμοις γαζοφυλάκιον, ὥστε τὸ πλῆθος τῶν διαφόρων ἀναρίθμητον εἶναι, *& nunciabat ei, opibus immensis plenum esse ærarium Hierosolymis, ita ut multitudo pecuniarum innumerabilis sit.* Et DIONYSIUS HALIC. Ant. Rom. Lib. IV. p. 425. ὁπότε δεήσειεν αὐτῷ χρημάτων, τὸ ἴσον διάφορον ὁ πενέστατος τῷ πλουσίῳ κατέφερε, *quoties ei opus esset pecuniis, tantundem conferebant dives & pauperrimus.* Idem L. V. p. 328. πρίασθαι πολιτικὴν εὔνοιαν ὀλίγου διαφόρου, *emere benevolentiam civium parva pecunia.* Et L. VII. p. 432. ὠνεῖσθαι πολλοῦ διαφόρου μικρὰ, *res parvas emere magna pecunia.* Eodem sensu vox legitur apud ARISTOTELEM, POLYBIUM, aliosque, ut ex CASAUBONO notat ill. SPANHEMIUS ad IULIAN. p. 144. 3. Esd. 4, 39. οὐκ ἔστι παρ' αὐτῇ λαμβάνειν πρόσωπα,

οὐδὲ

ὐδὲ διάφορα, *neque personas, neque munera poteſt accipere.* 2. Macc. 1, 35. πολλὰ διάφορα ἐλάμβανε καὶ μετεδίδυ, *multa dona accipiebat, & diſtribuebat.* 2. Macc. 4, 28. πρὸς τῦτον ἦν ἡ τῶν διαφόρων πρᾶξις, *ad hunc exactio vectigalium pertinebat.*

EX LITERA E.

Ἐπιγινώσκω, agnoſco, cognoſco, video, reſpicio, animadverto, intelligo. הבין hiph. à בין intelligo, Prov. 14, 8. σοφία πανύργων ἐπιγνώσεται τὰς ὁδὺς αὐτῶν, *ſapientia prudentum animadvertit vias ipſorum.* השכיל hiph. intelligo, Job. 34, 27. δικαιώματα δὲ αὐτῦ ὐκ ἐπέγνωσαν, *mandata vero non intellexerunt.* ידע Gen. 41, 31. ὐκ ἐπιγνωσθήσεται ἡ εὐθηνία, *non agnoſcetur affluentia.* Num. 16, 5. ἐπέγνω (al. legunt ἔγνω) ὁ Θεὸς τὺς ὄντας αὐτῦ, καὶ τὺς ἁγίυς, *novit Deus ſuos, & ſanctos.* Conf. 2. Tim. 2, 19. Eſ. 2, 20. μνηστεύσομαί σε ἐμαυτῷ ἐν πίστει, καὶ ἐπιγνώσῃ τὸν Κύριον, *deſponſabo te mihi in fide, & cognoſces dominum.* Poſterioribus verbis ſponſus cœleſtis conſequens & effectum deſponſationis ſuæ myſticæ cum ſponſa ſpirituali, ſive intimam unionem & communionem, quam expertura ſit illa cum Deo & ſponſo ſuo, declarans, ſimile deſumſiſſe videtur ab intima conſuetudine, quæ uxori cum marito intercedit, quæque alias etiam Hebræis verbo ידע, & Græcis ſimplici γινώσκειν ſolet exprimi. Conf. aliquando, quæ notavi in v. Γινώσκω, & Cl. LAMPIUM Exerc. VIII. in Pſalm. XLV. p. 346. נכר: הכיר pih. & hiph. Gen. 27, 23. ὐκ ἐπέγνω αὐτὸν, *non agnoſcebat illum.* Gen. 37, 31. ἐπίγνωθι, εἰ χιτὼν τῦ υἱῦ συ ἐστὶ, *vide, an tunica filii tui ſit.* Vid. & Gen. 38, 24. Deuter. 1, 17. ὐκ ἐπιγνώσῃ πρόσωπον ἐν κρίσει, *non reſpicies perſonam in judicio.* Vid. & Deut. 16, 19. Prov. 24, 23. Thren. 4, 8. ὐκ ἐπεγνώσθησαν ἐν ταῖς ἐξόδοις, *non agnoſcuntur in viis.* ראה video, Eſth, 3, 5. Ezech. 20, 48.

Ἑτοιμάζω, paro, præparo, it. firmo, ſtabilio, dirigo. בנה ædifico, 2. Par. 26, 14. ברא eligo, Ezech. 21, 19. הוכיח hiph. à יכח adjudico, Gen. 24, 14. 44. היטיב hiph. a יטב benefacio, Mich. 7, 3. ἐπὶ τὸ κακὸν τὰς χεῖρας αὐτῶν ἑτοιμάζυσιν, *ad malum manus ſuas præparant.* Conf. Nah. 3, 8. הסיר hiph. à סור amoveo, 2. Par. 35, 12. העיר hiph. ab עור excito, Job 41, 2. הפיק hiph. à פוק educo, Prov. 8, 35. הרביע hiph. cubare facio, Eſ. 54, 11. התעתד hithp. paro me, Job. 15, 28. חוש feſtino Pſalm. 118, 60. ἡτοιμάσθην,

para-

paratus fui. כון: כּוּן: הכין Kal. pih. & hiph. dispono, constituo, firmo, stabilio, Jos. 1, 11. ἑτοιμάζεσθε ἐπισιτισμὸν, *parate vobis commeatum.* 1. Reg. 13, 13. ἡτοίμασε Κύριος βασιλείαν σου, *stabilivit Dominus regnum tuum.* 1. Reg. 20, 30. οὐχ ἑτοιμασθήσεται ἡ βασιλεία σου, *non stabilietur regnum tuum.* 3 Reg. 2, 12. ἡτοιμάσθη ἡ βασιλεία αὐτοῦ σφόδρα, *valde firmabatur regnum ejus.* Vid. & 1. Par. 17, 11. 2. Par. 12, 1. & conf. 1. Macc. 1, 17. Sic & Matth. 25, 34. κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, *occupate regnum pro vobis stabilitum ante jactum mundi fundamentum.* Psalm 9, 8. ἡτοίμασας ἐν κρίσει τὸν θρόνον αὐτοῦ, *firmasti judicio thronum ejus.* Psalm. 64, 7. ἑτοιμάζων ὄρη ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ, *firmans montes potentia sua.* Psalm 88, 3. ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἑτοιμασθήσεται ἡ ἀλήθειά σου, *in cœlis firmabitur veritas tua.* Psalm 88, 4. ἕως τοῦ αἰῶνος ἑτοιμάσω τὸ σπέρμα σου, *usque in æternum firmabo, stabile faciam semen tuum.* *Theod.* Prov. 25, 5. ἑτοιμασθήσεται ἐν δικαιοσύνῃ ὁ θρόνος αὐτοῦ, *firmabitur justitia thronus ejus.* *Aqu.* & *Sym.* ibi habent ἑδρασθήσεται. מרט expolio, Ezech. 21, 9. Conf. aliquando, quæ ad h. l. notavi in v. θυμόω. ערך ordino, Num. 23, 4. Jos. 2, 6. Psalm 22, 6. Ef. 30, 33. עשה facio, Esth. 5, 15. 6, 14. פלג pih. divido, Job. 38, 25. פנה pih. expedio, Gen. 24, 31. Ef. 40, 3. פקד visito, Ezech. 38, 8. תור exploro, Ezech. 20, 6. תכן appendo, apto, dirigo, 1. Reg. 2, 3. ὁ Θεὸς ἑτοιμάζων ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ, *Deus dirigens cogitationes ejus.* 4. Reg. 12, 11. ἔδωκαν τὸ ἀργύριον τὸ ἑτοιμασθὲν, *dabant pecuniam paratam.* עצב dolore afficio, *Incert.* Job. 10, 8.

EX LITERA Z.

Ζηλωτὴς, accensus Zelo, sectator fervidus. קנא Exod. 20, 5. 34, 14. קנוא Nah. 1, 2. Θεὸς ζηλωτὴς, *Deus zelo accensus.* 2. Macc. 4, 2. ζηλωτὴν τῶν νόμων, *fervidum legum sectatorem.* Sic Act. 21, 20. πάντες ζηλωταὶ τοῦ νόμου ὑπάρχουσι, *omnes sunt fervidi legis sectatores.* Conf. & Tit. 2, 14.

Ζητέω, quæro, inquiro, perscrutor, requiro, desidero, peto, appeto, studeo, operam do, insidior. אהב amo, Mich. 3, 2. μισοῦντες τὰ καλὰ, καὶ ζητοῦντες τὰ πονηρὰ, *odio habentes bona, & appetentes mala.* באה Chald. Dan. 2, 18. οἰκτιρμοὺς ἐζήτουν παρὰ τοῦ Θεοῦ, *misericordiam petebant a Deo.* Vid. & Dan. 7, 16. & conf. Sir. 7, 4. 28, 3. & Luc. 11, 16. בקרה inquisitio, Ezech. 34, 12. בקש pih. Exod.

Exod. 2, 15. ἐζήτει ἀνελεῖν Μωϋσῆν, *studebat occidere Mosen.* Exod. 4, 24. ἐζήτει αὐτὸν ἀποκτεῖναι, *studebat illum occidere.* Vid. & 1. Reg. 19, 2. 10. 2. Reg. 20, 19. & conf. Marc. 12, 12. Joh. 8, 37. Rom. 10, 3. Eodem sensu apud profanos Auctores verbum passim legitur. Vide PFOCHENIUM de Purit. N. T. §. 66. LAMBERTUM BOS Animadvers. ad Auct. Græc. p. 6. & ELSNERUM ad Joh. l. c. p. 352. Exod. 4, 19. τεθνήκασι γὰρ πάντες οἱ ζητοῦντές σου τὴν ψυχὴν, *mortui enim sunt omnes, qui vitæ tuæ insidias struebant.* Vid. & 1. Reg. 24, 10. 25, 29. 2. Reg. 4, 8. 16, 11. & conf. Matth. 2, 20. Rom. 11, 3. & præter Auctores, WOLFIO ad Matth. l. c. p. 44 laudatos, GEORGII Vindic. N. T. ab Ebraism. L. III. c. 4. p. 353. & SCHWARTZII Comm. Crit. L. Gr. N. T. p. 634. quorum posterior ibi in phrasi ζητεῖν τὴν ψυχὴν ellipsin statuit verborum εἰς τὸ ἀπολέσαι, vel τοῦ ἀπολέσαι. Esd. 8, 23. ἐζητήσαμεν παρὰ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν περὶ τούτου, *hoc a Deo nostro petebamus.* Vid. & Neh. 2, 4. Neh. 2, 10. ἥκει ὁ ἄνθρωπος ζητῆσαι ἀγαθὸν τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, *venit homo, qui bonum peteret pro filiis Israël.* Conf. 1. Macc. 14, 4. Soph. 2, 3. δικαιοσύνην ζητήσατε, *justitiam quærite.* Conf. 1. Macc. 2. 29. & Matth. 6, 33. בקשה petitio, Esd. 7, 5. ἐν πᾶσιν, οἷς ἐζήτει αὐτὸς, *in omnibus, quæ petebat ille.* דרש 1. Par. 22, 19. τοῦ ζητῆσαι Κυρίῳ Θεῷ ὑμῶν, *ut quæratis Dominum Deum vestrum.* Conf. 1. Par. 21, 29. 2. Par. 15, 12. ubi ζητῆσαι τὸν Θεὸν, & ζητῆσαι Κύριον idem est. 1. Par. 28, 8. φυλάσσεσθε καὶ ζητήσατε πάσας τὰς ἐντολὰς, *observate & perscrutamini omnia præcepta.* *Aqu. Sym. Theod.* Prov. 31, 13. ἐζήτησεν ἔριον καὶ λίνον, *operam dabat lanæ & lino.* חלה pih. precor, 2. Par. 33, 12. חפר perscrutor, Job. 39, 29. מצא invenio, Gen. 19, 11. עלי apud, juxta, Job. 6, 5. צבא Chald. Dan. 7, 19. ἐζήτουν ἀκριβῶς περὶ τοῦ θηρίου τοῦ τετάρτου, *inquirebam diligenter de bestia quarta.* שאל Psalm. 39, 10. Es. 65, 1. שחר pih. mane quæro, Prov. 1, 28. 8, 17. נפקד niph. à פקד desideror, *Sym.* 1. Reg. 20, 18. ζητηθήσεται, *desiderabitur, requiretur.* Conf. loca e profanis Scriptoribus observata Cel. SCHWARTZIO l. c.

EX LITERA H.

Ἡγεμονικὸς, principalis, imperatorius, imperatori aut duci conveniens. נדיב princeps, Psalm. 50, 13. πνεύματι ἡγεμονικῷ στήριξόν με, *spiritu principali confirma me.* Apud HESYCHIUM, & in Lex. CYRILLI MS. Brem. Ἡγεμονικὸν sc. πνεῦμα, vel μέρος τῆς ψυχῆς, ex-

 ponitur

ponitur ὁ νοῦς, *mens.* Sic etiam SUIDAS: Ἡγεμονικὸν, ὁ νοῦς. ἢ τὸ κυριώτατον τῆς ψυχῆς, ἐν ᾧ αἱ φαντασίαι καὶ αἱ ὁρμαὶ γίνονται, καὶ ὅθεν ὁ λόγος ἀναπέμπεται, ὅπερ εἶναι ἐν τῇ καρδίᾳ. Ἡγεμονικὸν, *mens. Vel principalis animæ pars, in qua phantaſiæ & affectus oriuntur. Et unde verbum emittitur, quod eſt in corde.* Et PHILO de eo, quis rer. div. hæres, p. 332. ψυχὴ διχῶς λέγεται, ἥτε ὅλη καὶ τὸ ἡγεμονικὸν αὐτῆς μέρος, ὃ κυρίως εἰπεῖν ψυχὴ ψυχῆς ἐστὶ, καθάπερ ὀφθαλμὸς ὅ, τε κύκλος σύμπας, καὶ τὸ κυριώτατον μέρος τὸ ᾧ βλέπομεν. *Anima dupliciter dicitur, & tota, & præcipua ejus pars, quæ proprie loquendo anima animæ eſt, quemadmodum oculus & totus circulus, & præcipua pars, qua videmus.* נגידים plur. anteceſſorum ſeu principum ſc. verba, *Sym. Theod.* Prov. 8, 6. ἡγεμονικὰ ſc. ῥήματα, *verba imperatori* aut *duci convenientia.*

Ἡμέρα, dies, lux diei, tempus matutinum, tempus, it. dies judicii, vel ipſum judicium. איד pernicies, Jer. 48, 16. ἐγγὺς ἡ ἡμέρα Μωὰβ ἐλθεῖν, *propinqua dies judicii Moab, ut veniat.* Conf. quæ p. 73. notavi ex Pſalm. 136, 9. בקר mane, 1. Reg. 14, 36. ἕως διαφαύσῃ ἡμέρα, *usque dum illuceſcat dies.* Conf. 2. Petr. 1, 19. Eſth. 2, 14. πρὸς ἡμέραν ἀποτρέχει εἰς τὸν γυναικῶνα τὸν δεύτερον, *mane egreditur in alterum gynæceum.* אור הבקר lux diei, Mich. 2, 1. ἅμα τῇ ἡμέρᾳ, *prima luce.* Ita etiam 1. Macc. 4, 6. & IOSEPHUS Antiqu. VI, 11. Conf. Cel. SCHWARTZII Comm. Crit. Gr. L. N. T. p. 649. HERODOTUS Lib. III. plenius dicit ἅμ' ἡμέρα διαφωσκούσῃ, *cum primum illuxiſſet dies.* Vid. Ven. RAPHELII Annot. ex eodem ad Matth. 28, 1. p. 185. חם calor, Eſ. 18, 4. יום in plur. ימים Gen. 4, 3. καὶ ἐγένετο μεθ' ἡμέρας ſc. τινὰς, *& fiebat poſt dies aliquas, poſt tempus aliquod.* Sic paſſim ἡμέραι *tempus* apud LXX denotant, & apud Evangeliſtas, imo & profanos Auctores. Vid. laudatum modo SCHWARTZIUM not. ad OLEAR. de Stil. N. T. p. 89. ſq. & Cl. GEORGIUM Vindic. N. T. ab Ebraiſm. L. II. c. 1. p. 59. ſqq. Gen. 39, 10. ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, pro ἐξ ἡμέρας εἰς ἡμέραν, *de die in diem,* h. e. indies, quotidie. Vid. & Eſth. 3, 7. & conf. 2. Petr. 2, 8. Sic Latini quoque loquuntur. Vide, quæ ex LIVIO, & CICERONE affert SCHWARTZIUS lib. cit. p. 651. 1. Reg. 1, 3. ἐξ ἡμερῶν εἰς ἡμέρας, *de diebus in dies,* h. e. omnibus diebus ſtatutis. Vid. & v. 25. & 2. Reg. 2, 19. 2. Reg. 20, 4. τρεῖς ἡμέρας, pro μετὰ τρεῖς ἡμέρας, *in diem tertium.* Conf. Marc. 8, 31. ubi μετὰ additur, & quæ notavi infra in v. Μετά. Job. 3, 1. κατηράσατο τὴν ἡμέραν αὐτοῦ ſc. γενέθλιον, *exſecrabatur diem*

ſuum

suum natalem. Sic etiam LAERTIUS IV, 48. Vid. LAMB. BOS Ellips. Græc. p. 33. HESYCHIUS: Ἡμέρα, γενέθλια. Ἡμέρα, *natalitia.* Psalm. 12, 2. ἡμέρας καὶ νυκτὸς, pro δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς, *die & nocte.* Conf. Cl. SCHOETGEN. not. ad L. BOS Ellips. Gr. p. 304. Psalm. 43, 10. 17. ὅλην τὴν ἡμέραν, pro καθ' ὅλην τὴν ἡμέραν, *per totum diem.* Psalm. 136, 9. τὴν ἡμέραν (pro κατὰ τὴν ἡμέραν) Ἱερουσαλὴμ, *die judicii Jerusalem.* Vid. & Ezech. 21, 25. & *Aqu.* Job. 18, 20. Jer. 17, 16. ἡμέραν ἀνθρώπου οὐκ ἐπεθύμησα, *diem hominis*, h. e. judicium hominis, *non expetivi.* Similiter ἡμέρα Κυρίου *judicium divinum* passim in scriptura significat. Vid. Amos. 5, 8. Joel. 2, 12. 2. Petr. 3, 10. 12. Eandem notionem habet vox *diei* apud Latinos. Sic *diem dicere* apud *Plautum* Captiv. III, 1. 34. & *Ciceronem* ad Quint. fratrem Epist. I, 2. significat *citare aliquem, ut coram judicio se sistat.* Conf. SCHOETGEN. Diss. de Ἀνθρωπίνη ἡμέρα ad 1. Cor. 4, 3. §. 5. & Auctores laudatos WOLFIO ad h. l. p. 353. & ad Luc. 17, 24. p. 717. ערב vesper, Eccles. 11, 6. עת tempus, Jos. 6, 26. Jud. 3, 29. 3. Reg. 8, 65. Conf. 2. Cor. 6, 2. עתה nunc, Exod. 9, 19.

Ἡμέρα ἀγαθὴ, dies bona. שמחה gaudium, lætitia, Esth. 9, 19.

Ἡμέραν καθ' ἡμέραν, quotidie יום ביום 2. Par. 30, 21. יום יום Psalm. 67, 21.

Καθ' ἡμέραν sc. ἑκάστην, quotidie. ביום Dan. 1, 5. תמיד jugis, Num. 4, 16. Conf. LAMB. BOS Ellips. Græc. p. 62. WOLF. ad Hebr. 7, 17. p. 685. & SCHLICHTER. de Pan. Facier. P. II. cap. 1. §. 2. p. 79.

Καθ' ἑκάστην ἡμέραν, quotidie. איש יומו Job. 1, 4. יום ויום Esth. 3, 4. Quod hic est καθ' ἑκάστην ἡμέραν, 2. Cor. 4, 16. juxta Hebræorum loquendi rationem est ἡμέρα καὶ ἡμέρα. Vid. VORSTII Philol. Sacr. P. I. c. 12. p. 306. sqq. כיום ביום 1. Reg. 18, 10. תמול שלשים heri & nudius tertius, Exod. 5, 8.

Ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη, cum illa ipsa dies sc. esset, illa ipsa die. היום illa die, Job. 2, 1.

Ἡμέρα μεγάλη, dies magna. קרא מקרא convocare convocationem, Es. 1, 4 καὶ ἡμέραν μεγάλην οὐκ ἀνέχομαι, *& diem magnam non possum ferre.* Conf. Joh. 7, 37. 19, 31. & ad hæc loca Cel. WOLFIUM p. 877. & 983. sq.

Τὸ τῆς ἡμέρας sc. μέρος, diei portio. דבר יום res diei, Dan. 1, 5. διέταξεν αὐτοῖς τὸ τῆς ἡμέρας (μέρος) καθ' ἡμέραν, *ordinabat illis portionem diurnam quotidie.*

Ἐπὶ πάντων ἡμερῶν, in omnes dies. עד־אבדון ad perditionem usque, Job. 31, 12.

Πρὸ ἡμερῶν, ante dies. מאתמול ab heri, i. e. jam ante, Es. 30. 31.

Σκληρὰ ἡμέρα, dura dies. קשת רוח dura spiritu, 1. Reg. 1, 15.

EX LITERA Θ.

Θηρίον, fera, bestia, animal, it. meton. ordo, vel cohors militaris. בהמה Deut. 28, 26. 32, 24. חיה Gen. 1, 24. & alibi passim. *Al.* 2. Reg. 23, 13. τὰ θηρια τῶν ἀλλοφύλων παρενέβαλεν ἐν τῇ κοιλάδι Ῥαφαεὶν, *cohortes alienigenarum castrametabantur in valle Raphain.* Sic enim pro τάγμα, vel, ut *al.* τάγματα τῶν ἀλλοφύλων, in Codice, vel Interprete quodam ibi lectum fuisse, colligo e Glossis MSS. in L. 3. Reg. ubi inde procul dubio ita: Τὰ θηρία τῶν ἀλλοφύλων, τουτέστι τὰ τάγματα. *Animalia alienigenarum, hoc est cohortes.* Licet enim hæc Glossis in Lib. 3. Reg. inserta sint, tamen & aliæ voces in Glossis illis exponuntur, quæ ex alio libro Scripturæ petitæ sunt. Cohortes autem militum ibi חיות θηρία dici videntur ab animalibus, in vexillis, quæ ordinibus vel cohortibus præferebant, repræsentatis. Sic & apud alias gentes signa militaria animalium effigies exhibuisse, auctores testantur. Ut enim taceam. quæ Judæorum magistri de animalibus iu vexillis populi Israelitici, ex Ægypto in terram Canaan tendentis, pictis referunt, (vid. BOCHARTI Hieroz. P. I. L. III. c. 5. p. 772. & GLASSII Philol. Sacr. L. V. Tr. 1. c. 8. p. 1604.) de Ægyptiis ita DIODORUS SICULUS Lib. I. p. 77. Τὸ παλαιὸν οἱ κατ' Αἴγυπτον, διὰ τὴν ἀταξίαν τὴν ἐν τῷ στρατοπέδῳ, πολλαῖς μάχαις ὑπὸ τῶν πλησιοχώρων ἡττηθέντες, ἐπενόησαν σύνθημα φορεῖν ἐπὶ τῶν ταγμάτων. Φασὶν οὖν κατασκευάσαντας εἰκόνας τῶν ζώων, ὧν νῦν τιμῶσι, καὶ πήξαντας ἐπὶ σαυνίων (in ed. WECHELIANA, qua utor, male scribltur συννίων. Conf. de v. σαυνίον THEOD HASÆUM Diss. Philol. p. 263.) φορεῖν τοὺς ἡγεμόνας, καὶ διὰ τούτου τοῦ τρόπου γνωρίζειν ἕκαστον, ἧς εἴη τάξεως. *Ægyptii veteres, cum propter ordinis in exercitu confusionem a vicinis sæpe numero pugna vincerentur, signa cohortibus præferenda excogitarunt. Bestiarum igitur, quas nunc venerantur, imagines formarunt, quas hastis affixas duces gestarunt; ut h:c pacto, cujus quisque ordinis esset, certo dignosceret.* Et PLUTARCHUS de Is. & Osir. p. 379. Οἱ μὲν Ὄσιριν ἐν τῇ μεγάλῃ στρατιᾷ φασὶν εἰς μέρη πολλὰ διανείμαντα τὴν δύναμιν, λόχους καὶ τάξεις ἑλληνικὰς καλοῦσιν, ἐπίσημα δοῦναι καὶ ζωόμορφα πᾶσιν, ὧν ἑκάστῳ

γένει

γένει τῶν συννεμηθένὶων, ἱερὸν γενέσθαι καὶ τίμιον. *Alii Osirin dicunt magnum exercitum suum in certas cohortes atque centurias divisisse, ac singulis vexillum, animali aliquo insignitum, tradidisse: singulosque populos id quod ei obtigisset, honore & sacro cultu dignatos fuisse.* Et de Persis refert XENOPHON L. VII. Pæd. Cyri non longe ab initio, quod milites illorum aquilam auream, in hasta longa conspicuam, signi loco habuerint, & secuti sint. Conf. BRISSON. de Regn. Perf. L. III. p. 766. Et in vexillis Scythicis dracones comparuisse, memorat SUIDAS in Σημεῖα Σκυθικά. Conf. & quæ de Indis refert Idem v. Ἰνδοὶ, & χιλιοςὺς, LIPSIUM de Milit. Rom. Lib. IV. Dial. 5. p. 171. & Rev. GLÆSENERUM in Bibl. Brem. Class. VII. p. 993. In Romanis vero legionibus inter signa militaria aquilas, lupos, minotauros, equos, apros locum obtinuisse, tradit PLINIUS Lib. X. c. 4. חיוא : חיוה: חיותא Chald. Dan. 2, 38. 4, 9. 5, 23. חיתו ex חיה cum ו parag. Psalm. 49, 11. Ef. 56, 9. טרוף infin rapiendo, Gen. 37, 32. טרף rapina, Ef. 5, 30. ציים plur. fera animalia. Ef. 13, 21. קול vox, Soph. 2, 14.

Θόρυβος, turba, tumultus, & speciatim turba lamentantium, perturbatio, it. clangor. אבוי eheu, vox lamentantis, Prov. 23, 29. τίνι οὐαί; τίνι θόρυβος; *cui væ? cui turba lamentantium?* Eodem sensu Marc. 5, 38. θεωρεῖ θόρυβον, κλαίονὶας καὶ ἀλαλάζοντας πολλὰ, *videbat turbam lamentantium, flentes & ejulantes multum.* Matth. 9, 23. dicitur ὄχλος θορυβούμενος, *turba lamentans*, per quam BARTHOLINUS de Tibiis Vet. p. 274. sq. & IO. NICOLAI de Luct. Græc. c. 9. §. 4. p. 114. præficas intelligunt, de quibus vid. Jer. 9, 17. Act. 9, 39. GEIERUM de Luct. Ebr. cap. 1. §. 16. & 19. SPENCERUM de Leg. Hebr. Rit. L. IV. c. 9. Sect. 1. p. 1136. & alios laudatos Cl. ZORNIO Biblioth. Antiq. Exeget. p. 587. sqq. Sic & θορυβεῖσθαι *lamentari* denotat Marc. 5, 39. המון multitudo, Ezech. 7, 11. מהומה Ezech. 7, 7. מרעיד part. hiph. tremens, Esd. 10, 9. ἐκάθισε πᾶς ὁ λαὸς ἐν πλατείᾳ οἴκου τοῦ Θεοῦ ἀπὸ θορύβου αὐτῶν περὶ τοῦ ῥήματος, *& sedebat omnis populus in platea domus Dei ob perturbationem suam propter rem illam.* תרועה clangor, Jer. 49, 2. ἀκουτιῶ ἐπὶ Ῥαββὰθ θόρυβον πολέμου, *audire faciam super Rabbath clangorem belli.* Sic de tubæ sonitu alias Græcis θόρυβον dici, docet POLLUX L. IV. Segm. 85. הוללה insania, *Sym.* Eccles. 2, 12. θόρυβον, *tumultum.* מהולל part. pih. insanus, *Sym.* Eccles. 2, 2. θόρυβον, *tumultum.*

EX LITERA I.

Ἵλεως, adject. Atticum pro ἵλαως propitius, facilis, clemens, it. ἐλλειπτικῶς *propitius sit Deus ad avertendum*, avertat Deus, absit. חלילה absit, 1. Reg. 14, 46. ἵλεως, ζῇ Κύριος, εἰ πεσεῖται ἀπὸ τῆς κεφαλῆς θρὶξ ἐπὶ τὴν γῆν, *absit per vitam Domini, ut cadat a capite ejus capillus in terram.* 2. Reg. 20, 20. ἵλεώς μοι, ἵλεώς μοι, εἰ καταποντιῶ, καὶ εἰ διαφθερῶ, *absit, absit, ut pessundem & destruam.* 2. Reg. 23, 17. ἵλεώς μοι, Κύριε, τοῦ ποιῆσαι τοῦτο, *absit Domine, ut hoc faciam.* Conf. 1. Macc. 2, 21. & Matth. 16, 22. 1. Par. 11, 19. ἵλεώς μοι ὁ Θεὸς (sc. εἴη,) τοῦ ποιῆσαι τὸ ῥῆμα τοῦτο, *propitius mihi sit Deus*, h. e. avertat Deus, *ut hoc faciam.* Patet ex hoc loco, quod in reliquis ἵλεώς σοι, vel ἵλεως ὑμῖν, positum sit ἐλλειπτικῶς pro ἵλεώς σοι vel ὑμῖν εἴη ὁ Θεός. Cumque Deus formula illa invocari possit, ut propitius sit ad avertendum aliquid, Græci inde Hebr. חלילה quod proprie significat *absit*, & alias per μὴ γένοιτο, μὴ εἴη, μηδαμῶς, illis reddi solet, etiam per ἵλεώς μοι, ἵλεώς σοι, ἵλεώς ὑμῖν, interpretari potuerunt. מרחם part. pih. miserens. Ef. 54, 10. εἶπε γὰρ ἵλεώς σοι Κύριος sc. ὢν, *dixit enim, qui propitius tibi est, Dominus.* שלום pax, Gen. 43, 23. ἵλεως ὑμῖν, μὴ φοβεῖσθε, *propitius vobis* sit Deus, *ne timeatis.* HESYCHIUS: Ἵλεως, εὐμενής, ἱλαρός. Ἵλεως, *propitius, placidus.*

Ἵλεως γίνομαι, propitius fio, vel sum. כפר pih. Deut. 21, 8. ἵλεως γενοῦ τῷ λαῷ σου Ἰσραήλ, *propitius sis populo tuo Israel.* Sic ALCIPHRON Lib. II. Epist. 3. in fin. Δημήτηρ ἵλεως γενοῦ, *sis propitia ô Ceres.* Similia ex SALLUSTIO philosopho loca observat Cl. MAIUS Fil. Obs. Sacr. Lib. III. p. 60. נשא condono, Num. 14, 19 סלח idem, Amos. 7, 2. נעתר niph. exoratus sum, *Al.* 2. Reg. 24, 25. ἵλεως ἐγένετο. Vid. & 2. Macc. 2, 23. 7, 37.

Ἵλεώς εἰμι, propitius sum. סלח condono, Num. 14, 20. ἵλεως αὐτοῖς εἰμι, *propitius illis sum.* Vid. & 2. Par. 6, 39. Jer. 5, 1. 7. & conf. quæ ex ARISTENÆTO Lib. II. Epist. 13. observat modo laudatus MAIUS lib. cit. p. 61. 3. Reg. 8, 34. ἵλεως ἔσῃ ταῖς ἁμαρτίαις τοῦ λαοῦ σου, *propitius esse velis peccatis populi tui.* Vid. & 2. Par. 6, 25. 27. Jer. 31, 34. 36, 3.

Ἴσος, æqualis, similis. אחד unus, Ezech. 40, 5. 6. בד solus, Exod. 30, 34. כ præfix. tanquam, Job. 5, 14. τὸ δὲ μεσημβρινὸν ψηλαφήσουσιν ἴσα νυκτὶ, *in meridie palpabunt tanquam in nocte.* Job. 10, 10. ἐτύρωσας δέ με ἴσα τυρῷ, *coagulasti autem me tanquam caseum.* Job. 13, 28. παλαιοῦται ἴσα ἀσκῷ, ἢ ὥσπερ ἱμάτιον σητόβρωτον, *veterascit* tan-

tanquam uter, vel ficut veſtimentum tineis conſumtum. Vid. & Job. 15, 16. 29, 14. &, ubi κατὰ τὸ ῥητὸν nihil pro hac voce in textu Hebr. legitur, Job. 11, 12. 13, 12. 28, 2. & conf. Sap. 1, 4. Sic & DEMOSTHENES de Falſ. Legat. p. 343. διὰ τῆς ἀγορᾶς πορεύεται θοιμάτιον καθεὶς ἄχρι τῶν σφυρῶν, ἴσα βαίνων Πυθοκλεῖ, *per forum ambulat veſte demiſſa usque ad talos, incedens tanquam Pythocles.* Vide & ALCIPHRONEM Lib. III. Ep. 56. & quæ ad eundem ex ATHENÆO Lib. V. p. 213. notat Doct. BERGLERUS p. 416. Conf. & Phil. 2, 6. & quæ ad h. l. ex profanis monumentis afferunt Auctores laudati B. WOLFIO Cur. p. 220. Adde Cl. SCHWARTZII Comm. Crit. Gr. L. N. F. p. 697. Deut. 13, 6. φίλος σου ἴσος τῇ ψυχῇ σου, *amicus tuus æqualis animæ tuæ,* vel, ut TERTULLIANUS Scorp. cap. 11. reddit, *qui animæ tuæ par eſt,* vel, ut CYPRIANUS de Exhort. Martyr. cap. 5. *qui animæ tuæ æqualis eſt,* vel *qui tibi eſt alter idem.* Conf. Phil. 3, 20. & Sir. 37, 16. מלו (pro מלא) plenitudo, Ezech. 41, 8. משל ſimilitudo, Job. 13, 12 מתכנת diſſolutio, Ezech. 45, 11. ערך diſpoſitio, Job. 41, 4. תמים pro תאמים part. plur. gemelliparæ, Exod. 36, 25. Sap. 7, 6. κἀγὼ θνητὸς ἄνθρωπος ἴσος ἅπασιν, *& ego mortalis homo ſimilis omnibus.*

Ἐξ ἴσου ſc. μέρους, ex æquali parte. תאמים part. plur. gemelliparæ, Exod. 26, 24. 36, 25.

Ἑκάστῳ τὸ ἴσον, cuilibet æquale. איש כאחיו *vir uti frater ejus,* Lev. 6, 40

EX LITERA K.

Καταβιβάζω, deſcendere facio, demitto, deduco, dejicio, deturbo. הוריד hiph. à ירד Joſ. 2, 18. δι' ἧς (θυρίδος) κατεβίβασας ἡμᾶς, *per quam (feneſtram) demiſiſti nos.* Jud. 7, 5. κατεβίβασε τὸν λαὸν εἰς τὸ ὕδωρ, *deducebat populum ad aquam* Jer. 51, 40. καταβίβασον αὐτοὺς, ὡς ἄρνας, εἰς σφαγὴν, *deduc illos, tanquam agnos, ad mactationem.* Thren. 1, 10. κατεβίβασεν ὑπέρογκα, *deturbavit excelſa.* Ezech 26, 20. καταβιβάσω σε πρὸς τοὺς καταβαίνοντας εἰς βόθρον πρὸς λαὸν αἰῶνος, *deturbabo te ad illos, qui deſcendunt in foveam ad populum æternitatis.* Ezech. 28, 8. εἰς ἀπώλειαν καταβιβάσουσί σε, *ad interitum dejicient te.* Ezech. 31, 16. ὅτε κατεβίβαζον αὐτὸν εἰς ᾅδου, *cum deturbarem illum in infernum. Aqu.* Pſalm. 55, 8. καταβίβασον, *dejice.* Baruch. 3, 18. καὶ κατεβίβασεν αὐτὴν ἐκ τῶν νεφελῶν, *& dejecit illam ex nubibus.* Conf. Matth. 11, 23. & ad h. l. WOLFIUM p. 203.

cujus

cujus ibi animadversiones in HAMMONDUM e locis adductis præsidium aliquod accipiunt.

Καταφέρω, defero, deturbo, dejicio, deduco, & Καταφέρομαι, deferor, defluo, dejicior, deorsum rapior, somno obruor. הביא hiph. à בוא venire facio, Gen. 37, 1. κατήνεγκαν δὲ κατὰ Ἰωσὴφ ψόγον πονηρὸν, *deferebant autem Josephum criminis pessimi.* DIODORUS: ὁ Σύρος καὶ ὁ Ἑβραῖος ἀντὶ κατήνεγκαν, κατήνεγκεν ἔχουσι. τουτέστι, ὁ Ἰωσὴφ διέβαλλε τοὺς ἀδελφοὺς τῷ πατρὶ, ὡς οὐκ εὐτάκτους ὄντας. *Syrus & Hebræus pro* κατήνεγκαν *habent* κατήνεγκεν, *h. e. Josephus deferebat fratres patri, tanquam inordinate viventes.* Conf. DRUSIUM in Fragment. Vet. Int. Græc. p. 48. הוציא hiph. à יצא exire facio, Deut. 22, 14. καὶ κατηνέγκῃ αὐτῆς ὄνομα πονηρὸν, pro ὡς πονηρὸν, *& deferat nomen ejus tanquam malum*, h. e. diffamet illam. Quod hic est καταφέρειν παρθένου ὄνομα πονηρὸν, vers. 19. est ἐκφέρειν ὄνομα πονηρὸν ἐπὶ παρθένον. Et ἐκβάλλειν ὄνομά τινος ὡς πονηρὸν alias eodem sensu dicitur. Ita Luc. 6, 22. ὅταν ἐκβάλωσι τὸ ὄνομα ὑμῶν ὡς πονηρὸν, *quando deferant nomen vestrum tanquam malum*, h. e. quando diffament vos. Qui locus, uti lucem accipit ex Deut. locis citatis, ita vicissim priori loco affundit, ostendens, quod ὡς ibi subaudiendum sit. הוריד hiph. à ירד descendere facio, Gen. 39, 1. Ἰωσὴφ δὲ κατηνέχθη εἰς Ἄιγυπτον, *Josephus autem ducebatur in Ægyptum.* Vid. & Deut. 1, 25. 3. Reg. 1, 53. נגר : הגר niph. & hoph. defluo, 2. Reg. 14, 14. ὥσπερ τὸ ὕδωρ καταφερόμενον ἐπὶ τῆς γῆς, *quemadmodum aqua, quæ defluit in terra.* Vid. & Mich. 1, 4. נחת Chald. descendo, Dan. 5, 22. κατηνέχθη ἀπὸ τοῦ θρόνου τῆς βασιλείας, *dejiciebatur de throno regni.* פכה effluo, Ezech. 47, 2. נרדם niph. somno obruor, *Aqu.* Psalm. 75, 6. κατεφέροντο. Conf. Act. 20, 9. ubi καταφερόμενος ὕπνῳ βαθεῖ est *somno profundo obrutus*, & quæ aliquando occurrent in v. Καταφορὰ, & Καταφορέω.

EX LITERA Λ.

Λόγος, sermo, verbum, prædictio, prophetia, præceptum, mandatum, causa, ratio, res, commercium, aliquid, historia, liber. אלה execratio, 2. Par. 34, 24. אמר Gen. 4, 22. Prov. 16, 24. אמרה Jud. 5, 29. Psalm. 118, 41. אפים Dual. Prov. 30, 33. דבר Exod. 18, 19. ἀνοίσεις τοὺς λόγους αὐτῶν πρὸς τὸν Θεὸν, *afferes res illorum ad Deum.* Vid. & Exod. 19, 8. 2. Reg. 3, 13. 2. Reg. 11, 18.

ἀπή-

ἀπήγγειλε τῷ Δαβὶδ πάντας τοὺς λόγους τοῦ πολέμου, *annuntiavit Davidi omnes res bello gestas.* Vid. & v. 19. 2. Reg. 18, 13. πᾶς ὁ λόγος οὐ λήσεται ἀπὸ τοῦ βασιλέως, *nulla res latebit regem.* Vid. & 2. Par. 12, 12. Neh. 13, 17. Eccles. 1, 8. 8, 3. & conf. Concordantias TROMMII in v Πρᾶγμα, unde patet, quod LXX. alias sæpius Hebr. דבר per πρᾶγμα interpretari soleant. Conf. & Sir. 3, 22. ubi pro ἐν τοῖς περισσοῖς τῶν ἔργων σου, *al.* ἐν τοῖς περισσοῖς τῶν λόγων σου. Sic & Græci profani passim λόγον pro *re* accipere solent. Vid. ÆSCHYLUM in Pers. v. 313. & ad h. l. THOM. STANLEIUM, GEORGIUM Vindic. N. T. ab Ebraïsm. L. II. c. 2. §. 23. SCHWARTZIUM Comm. Crit. Gr. L. N. F. p. 851. aliosque laudatos Cel. WOLFIO ad Luc. 1, 37. p. 564. Exod. 34, 28. τοὺς δέκα λόγους *decem præcepta.* Vid. & Deut. 10, 4. & conf. Deut. 15, 1. 19, 4. Jos. 8, 27. ubi דבר exponitur πρόσταγμα, & Jer. 19, 15. ubi דברים sunt ἐντολαί. Jud. 18, 7. λόγος οὐκ ἦν αὐτοῖς μετὰ Συρίας, *nullum commercium illis erat cum Syria.* Jud. 18, 28. λόγος οὐκ ἔστιν αὐτοῖς μετὰ ἀνθρώπου, *nullum commercium habent cum aliquo.* 3. Reg. 13, 32. τὸ ῥῆμα, ὃ ἐλάλησεν ἐν λόγῳ Κυρίου, *verbum, quod locutus est verbo Domini*, h. e. ex verbo Domini sibi revelato. Conf. 1. Thess. 4, 15. 3 Reg. 16, 5. ταῦτα γεγραμμένα ἐν βιβλίῳ λόγων τῶν ἡμερῶν τῶν βασιλέων Ἰσραὴλ, *hæc scripta in libro historiarum dierum* h. e. in libro annalium *regum Israelis.* Sic & alibi passim apud LXX. 1. Par. 29, 29. οἱ δὲ λοιποὶ λόγοι τοῦ βασιλέως Δαυὶδ, οἱ πρότεροι καὶ οἱ ὕστεροι, γεγραμμένοι εἰσὶν ἐν λόγοις Σαμουὴλ τοῦ βλέποντος, καὶ ἐπὶ λόγων Νάθαν, καὶ ἐπὶ λόγων Γὰδ τοῦ βλέποντος. *Reliquæ autem res Davidis, tam priores quam posteriores, scriptæ sunt in historiis Samuelis videntis, & in historiis Nathanis prophetæ, & in historiis Gadi videntis.* Conf. 2. Macc. 15, 37. Ita & HERODOTUS Lib. I. c. 184. τῆς δὲ Βαβυλῶνος ταύτης πολλοὶ μέν κου καὶ ἄλλοι ἐγένοντο βασιλῆες, τῶν ἐν τοῖσι Ἀσσυρίοισι λόγοισι μνήμην ποιήσομαι *Babylonis vero hujus & multi alii extiterunt reges, quorum in historiis Assyriacis mentionem faciam.* Et Lib. V. c. 36. ὡς δεδήλωταί μοι ἐν τῷ προτέρῳ τῶν λόγων, *ut expositum a me est libro primo historiarum.* Et ÆLIANO Var. L. I. c. 15. Ἰνδοὶ λόγοι, & Ἀχαϊκοὶ λόγοι sunt *historiæ Indicæ*, & *Achaicæ*, & L. XI. c. 2. Τροιζήνιοι λόγοι, *Troizeniæ historiæ*, & L. XII. c. 45. Φρύγιοι λόγοι, *Phrygiæ historiæ.* Vid. & quæ ex PHILONE notat ad Act. I, 1. Cl. ALBERTI in Mus. Brem. Vol. I. p. 112. Inde λόγιος juxta HESYCHIUM ὁ τῆς ἱστορίας ἔμπειρος, *in historia versatus.* Et λογοποιός, *historicus*, SUIDAS: Λογοποιός, ὁ ὑφ' ἡμῶν ἱστορικὸς λεγόμενος.

Ἰσοκράτης ϰ̀ Ἡρόδοτος. Λογοποιὸς, *qui nobis hiſtoricus dicitur. Iſocra-* & *Herodotus.* Sic paſſim etiam apud XENOPHONTEM, ZOSIMUM & ARRIANUM vox legitur, quorum loca obſervavit Ven. RAPHELIUS Annot. ex XENOPHONTE & POLYB. ad Act. 1, 1. Conf. & Auctores laudatos WOLFIO ad Act. l. c. p. 1001. Neh. 5 8. ȣ̓χ εὗροσαν λόγον, *non inveniebant verbum*, ſive *quicquam*, *quod reſponderent.* Conf. Jer. 32, 27. ubi דבר redditur τί. Pſalm. 32, 6. τῷ λόγῳ Κυρίȣ οἱ ȣ̓ρανοὶ ἐςερεώθησαν, *verbo Domini cœli firmati ſunt.* Pſalm. 106, 20. ἀπέςειλε τὸν λόγον αὐτȣ͂, ϰ̀ ἰάσατο αὐτȣ̀ς, *mittebat verbum ſuum,* & *ſanabat illos.* דבר verb. 2. Reg. 20, 18. Neh. 6, 12. דבר nom. verbal. Jer. 5, 13. Oſ. 1, 2. דבר peſtilentia. (hic procul dubio vocem legerunt ea ratione punctatam, qua *verbum* denotat.) Pſalm. 90, 3. Hab. 3, 4. דברה cauſa, ratio, Eccleſ. 8, 2. περὶ λόγȣς vel, ut *Al.* rectius, λόγȣ ὅρϰȣ Θεȣ͂, *ob rationem*, *ob cauſam juramenti Dei.* Conf. Ven. RAPHELII Annot. ex HERODOTO ad Act. 10, 29. p. 346. דברות plur. Deut. 33, 3. המלה ſtrepitus, Ezech. 1, 24. זיק ſcintilla, Prov. 26, 18. טובה fœm. ex טוב bona, bonitas, Neh. 6, 19. טאמא Chald, ratio, *Rechnung*, Dan. 6, 2. τȣ͂ ἀποδιδόναι αὐτοῖς τȣ̀ς σατράπας λόγον, *ut ſatrapæ illis rationem redderent.* Sic etiam DIONYSIUS HAL. Ant. Rom. XI. p. 702. λόγον ἀπεδώϰαμεν ἅπασι, *rationem reddidimus omnibus.* Vid. Cl. SCHWARTZ. Comm. Crit. Gr. L. N. F. p. 8:6. & conf. Luc. 16, 2. Matth. 12, 36. Græci alias λόγον διδόναι eodem ſenſu dicunt. Vid. quæ ex XENOPHONTE notat RAPHELIUS ad Rom. 14, 12. p. 216. & ex ARISTOPHANIS Pluto ECKHARDUS Obſ. Philol. in N. T. p. 38. יד manus, Prov. :, 24. כבוד honor, Prov. 2:, 28. מאמר Eſth. 9, 32. Ἐσθὴρ λόγῳ ἔςησεν εἰς τὸν αἰῶνα, *Eſther mandato fecit, ut ſtaret in perpetuum.* Conf. Sir. 43, 6. 12. 1. Macc. 2, 33. 34. 55. מוכיח part. hiph. à יכח reprehenſor, Prov. 25, 12. מים dual. aqua, Prov. 17, 14 מלה 2. Reg. 23, 2. Dan. 2, 5. 11. נבואה prophetia, 2. Reg. 9, 29 ἐπὶ τῶν λόγων Ἀχιᾶ τȣ͂ Σηλωνίτȣ, *in prophetiis Achiæ Selonitæ.* Ita Luc. 3, 4. ἐν βίβλῳ λόγων Ἠσαΐȣ, *in libro prophetiarum Eſaiæ.* ספר liber. Jer. 29, 24 פה os, 1 Reg. 5, 24 1 Par. 12, 23. פתגמא Chald. emph. Dan. 4, 14. קול vox, Jer. 38, 20. רוח ſpiritus, ventus, Eſ. 32. 2. *Sym.* Eccleſ. 7, 10. διὰ λόγων. שבט virga, baculus, Eſ. 11. 4, שוחה fovea, Jer. 18, 22. שחק riſus, Thren. 3, 14. שיח querela, Job. 7, 13. שפתים dual. labia, Prov. 16. 21. תבונה intelligentia, Prov. 5, 1. תורה lex, Prov. 4, 2. שח meditatio, *Theod.* Amos 4, 13. 2. Macc. 1, 14. εἰς φερνῆς λόγον,

dotis

dotis nomine, 2. Macc. 3, 6. μὴ προσήκειν αὐτὰ πρὸς τὸν τῶν θυσιῶν λόγον, *non pertinere illa ad ſacrificiorum rationem.* Vid. & Sir. 23, 14. & conf. Matth. 5, 32. & quæ ex profanis obſervant SCHWARTZIUS not. ad *Olear.* de Stil. N. T. p. 270. 469. & Comm. Crit. Gr. L. N. F. p. 852. & GEORGIUS Vindic. N. T. ab Ebraïſm. L. II. c. 3, §. 15. p. 283. 2. Macc. 4, 36. ὑπὲρ τοῦ παρὰ λόγον Ὀνίαν ἀπεκτάνθαι, *eo quod præter rationem*, vel *injuſte Onias occiſus eſſet.* Sir. 43, 31. ἐν λόγῳ αὐτοῦ σύγκειται πάντα, *verbo ejus omnia conſiſtunt.*

Πληθύνω λόγους, multiplico verba. הרבה דברים Eccleſ. 10, 14. Conf. Sir. 22, 12.

Λόγον ἔχω, rationem habeo, vereor, pertimeſco, דאג ſollicitus ſum, Jer. 38. 19. ἐγὼ λόγον ἔχω τῶν Ἰουδαίων τῶν πεφευγότων πρὸς τοὺς χαλδαίους, μὴ δώσειν με εἰς χεῖρας αὐτῶν, *ego vereor, ne Judæi, qui aufugerunt ad Chaldæos, me in manus illorum tradant.* Jer. 42, 16. ὁ λιμὸς, οὗ ὑμεῖς λόγον ἔχετε ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, καταλήψεται ὑμᾶς, *fames, quam vos pertimeſcitis a facie ejus, aſſequetur vos.* Tob. 5, 26. μὴ λόγον ἔχε, *ne timeas.* Ita & Tob. 10, 4. Conf. quæ ex HERODOTO notat RAPHELIUS ad Act. 20, 24. p. 383.

Λόγον ποιέομαι rationem habeo, metuo, timeo, it. narrationem hiſtoricam contexo, hiſtorica narratione perſequor. יראה timor, Job. 22, 4. ἢ λόγον σου ποιούμενος ἐλέγξει σε; *num metuens te* h. e. cum metu & timiditate quadam *arguet te?* Sic Act. 20, 24. ἀλλ' οὐδενὸς λόγον ποιοῦμαι, *ſed nihil timeo.* VULGAT. *Sed nihil horum vereor.* Conf. ad h. l. RAPHELIUM l. c. פקח עינים aperio oculos, Job. 14, 3. οὐχὶ καὶ τούτου λόγον ἐποιήσω; *nonne & hujus rationem habuiſti?* Ita *Herodotus* Lib. I. c. 4. ἁρπαζομένων τῶν γυναικῶν λόγον οὐδένα ποιήσασθαι, *raptarum fœminarum nullam rationem habuiſſe.* 2. Macc. 2, 31. περὶ πάντων ποιεῖσθαι λόγον, *de omnibus narrationem contexere*, vel *omnia narrare*, *omnia hiſtorica narratione perſequi.* Sic paſſim etiam POLYBIUS. Vid. RAPHELII Annot. ex eod. ad Act. 1, 1. p. 295.

Λύω, ſolvo, explico, interpretor, diſſolvo, deſtruo, perdo, aperio, libero, remitto, abeo, התיר hiph. à נתר expedio, Pſalm. 104, 19. ἀπέστειλε βασιλεὺς, καὶ ἔλυσεν αὐτὸν, *mittebat rex, & liberabat illum* HESYCH. Ἔλυσεν, ἀπελύτρωσεν. Ἔλυσεν, *liberabat.* Pſalm. 145, 6. Κύριος λύει πεπεδημένους, *Dominus liberat vinctos.* ידע ſcio, Job. 39, 3. נשל extraho, Exod. 3, 5. & Joſ. 5, 15. λῦσον τὸ ὑπόδημα ἐκ τῶν ποδῶν σου, *ſolve calceamentum de pedibus tuis.* פתח aperio, Gen. 42, 27. λύσας δὲ εἷς τὸν μάρσιππον αὐτοῦ, *ſolvens autem unus ſaccum ſuum.* Job. 39, 5. δεσμοὺς δὲ αὐτοῦ τίς ἔλυσεν; *vinctos autem ejus*

 quis

quis solvit? Psalm. 101, 21. τȣ λῦσαι τȣ̀ς υἱȣ̀ς τῶν τεθανωμένων, *ut liberet filios occisorum.* Jer. 40, 4. ἔλυσά σε ἀπὸ τῶν χειροπεδῶν, *liberavi te a compedibus.* Conf. Luc 13, 16. Act. 22, 30. רצה absolvo, Es. 40, 2. λέλυται αὐτῆς ἡ ἁμαρτία, *remissum est peccatum ejus.* Sic & Sir. 28, 2. αἱ ἁμαρτίαι σȣ λυθήσονται, *peccata tua remittentur.* Conf. aliquando quæ ex Job. 49, 9. notavi in λύω τὴν ἁμαρτίαν, & ex Sir. 3, 15. in ἀναλύω. Neque profanis scriptoribus phrasis insolita. ARISTOPHANES Ran. v. 703. λύσας τὰς πρότερον ἁμαρτίας, *remittens priora peccata.* Vid. & quæ ex POLYBIO ad Matth. 18, 18. p. 88. notavit Ven. RAPHELIUS. Sic & λύσις pro *venia* legitur apud PHILOSTRATUM Vit. Apoll. Tyan. L. VI. c. 3. p. 231. & c. 5. p. 234. שרא Chald. Dan. 3, 26. ὁρῶ ἄνδρας τέσσαρας λελυμένȣς, *video quatuor viros solutos.* Dan. 5, 13. λύων συνδέσμȣς, *solvens vincula.* יעפים plur. defessi, *Theod.* Jud. 8, 15. λελυμένοις, *lassis, defatigatis.* LXX. illos alias ἐκλελυμένȣς dicunt. Vide aliquando, quæ occurrent in v. ἐκλύω. שפך pyh. effundor, *Symm.* Psalm. 72, 2. ἐλύθη τὰ ὑποςθȣ̃ντά με, *destructa sunt ea, quæ fulciebant me.* Sic 3. Esd. 1, 57. ἔλυσαν τὰ τείχη Ἱερȣσαλὴμ, *destruebant muros Hierosolymæ.* Conf. Joh 2, 19. & ad h. l. ELSNERUM p. 299. & WOLFIUM p 808. השבית hiph. cessare facio, *Theod.* Amos. 8, 4 λύοντες, *perdentes.* 3. Esd. 9, 13. ἕως τȣ̃ λῦσαι τὴν ὀργὴν Κυρίȣ ἀφ' ἡμῶν, *usque dum abeat ira Dei a nobis* Hic λῦσαι idem est, quod alias ἀναλῦσαι. Conf. aliquando v. ἀναλύω. Verbum autem ea notione occurrens, translatum videtur a nautis, qui navibus discedentes λῦσαι dicuntur, pro λῦσαι τὰ πρυμνήσια σχοινία, *solvere funes navis.* Conf. Cl. SCHOETGEN not. ad LAMB. BOS Ellips. Græc. p. 171. 3. Esd. 9, 46. ἐν τῷ λῦσαι τὸν νόμον, *cum interpretaretur legem.* HESYCHIUS : Λῦσαι, ἀπολῦσαι, λυτρῶσαι, καθελεῖν, ἀφελεῖν, τεμεῖν. Λῦσαι, *dimittere, liberare, destruere, auferre, secare.*

EX LITERA M.

Μετὰ, cum *genitivo*, cum, post, apud, penes, pro, & cum *accusativo*, post, juxta, secundum, in. אחר Gen 9, 27 אחר אשר Ezech. 40, 1. אחרי Gen 5, 4. & alibi sæpissime. אחרי אשר Deut. 24, 4. Jos. 9, 16. אחרי כן 2. Reg. 24, 10. מאחרי Deut. 29, 22. אחרית posteritas, Amos. 4, 2. τȣ̀ς μεθ' ὑμῶν sc. ὄντας, *posteros vestros*, Vid. & Amos. 8, 10. אצל apud, Gen. 39, 10. καθεύδειν μετ' αὐτῆς, *dormire apud illam.* Dan. 10, 13. αὐτὸν κατέλιπον ἐκεῖ μετὰ τȣ̃ ἄρχον-

ἄρχοντος βασιλείας Περσῶν, *illum reliqui ibi apud Principem regni Persarum.* Conf. Joh. 3, 26. ב præfix. Ef. 52, 3. δωρεὰν ἐπράθητε, καὶ οὐ μετὰ ἀργυρίου, *gratis venditi estis, & non pro argento.* Mich. 3, 11. οἱ ἡγούμενοι αὐτῆς μετὰ δώρων ἔκρινον, καὶ οἱ ἱερεῖς αὐτῆς μετὰ μισθοῦ ἀπεκρίνοντο, καὶ οἱ προφῆται αὐτῆς μετὰ ἀργυρίου ἐμαντεύοντο, *principes ejus pro muneribus judicabant, & sacerdotes ejus pro mercede respondebant, & prophetæ ejus pro argento vaticinabantur.* Eodem sensu hanc præpositionem accipiendam esse puto Marc. 10, 30. ἐὰν μὴ λάβῃ ἑκατονταπλασίονα κ. τ. λ. μετὰ διωγμῶν, *nisi accipiat centupla* &c. *pro persecutionibus.* Nulla ergo nos necessitas cogit, ut cum HEINSIO, & aliis (de quibus vid. Cel. WOLFIUM ad h. l. p. 498.) pro μετὰ διωγμῶν legamus μετὰ διωγμόν. Conf. & Deut. 2, 6. Thren. 5, 4. ubi præfixum ב cui μετὰ Ef. & Mich, l. c. respondet, pariter *pro* significat. בעל dominus, Nah. 1, 2. ביד in manu, Gen. 43, 12. Esth. 1, 12. על יד ad manum, 2. Par. 17, 15. 16. 18. 26, 13. על ידי dual. constr. 1. Par. 25, 3. 6. ירד part. descendens, Ef. 15, 3. ב præfix. Prov. 24, 12. ἀποδίδωσιν ἑκάστῳ μετὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ, *retribuet unicuique juxta opera ipsius.* עם 1. Reg. 2, 28. μετὰ Κυρίου καὶ μετὰ ἀνθρώπων, *apud Dominum & homines.* Conf. Sir. 1, 1. 12. & Luc. 2, 52. 1. Par. 17, 2. Θεὸς μετὰ σοῦ sc. ἐστὶ, *Deus tecum est.* Vid. & Jud. 6, 12. 2. Reg. 7, 3. & conf. Luc. 1, 28. & GOMARUM ad h. l. עם populus, (hic legerunt vocem ea ratione punctatam, qua *cum* denotat.) Psalm. 46, 8. 109, 4. לפני ad faciem, Deut. 31. 8. לקץ ad finem, Dan. 11, 6. מקץ a fine, Gen. 4, 3. μεθ' ἡμέρας sc. τινὰς, *post dies quosdam.* Vid. & 3. Reg. 17, 7. Deut. 31, 10. μετὰ ἑπτὰ ἔτη, *intra septem annos*, vel *septimo anno.* מקצה a fine, Deut. 14, 28. μετὰ τρία ἔτη, *intra tres annos*, vel *tertio anno.* Conf. Deut. 26, 12. ubi hoc ἐν τῷ ἔτει τῷ τρίτῳ dicitur. Jos. 9, 16. μετὰ τρεῖς ἡμέρας, h. e. ἡμέρᾳ τρίτῃ, *tertia die*, ut v. 17. legitur. Sic etiam Marc. 8, 31. & Act. 28, 7. μετὰ τρεῖς ἡμέρας idem est, quod Joh. 2, 19. ἐν τρισὶν ἡμέραις, *intra triduum*, vel Matth. 16, 21. & Luc. 9, 22. τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, *tertio die.* Et Act. 24, 1. μετὰ πέντε ἡμέρας est *die quinto.* Sic & IOSEPHUS Ant. Lib. I. c. 22. de Isaaco: ὃν εὐθὺς μετ' ὀγδόην ἡμέραν περιτέμνουσι, *quem statim octavo die circumcidunt.* Conf. GLASSIUM Phil. Sacr. L. III. Tr. VI. Can. 11. p. 1050. sq. WANDALINUM Diatr. ad W. LANGIUM c. 4. p. 293. ed. GRÆVII Synt. Diss. rarior. & alios laudatos WOLFIO ad Matth. 12, 40. p. 222. ad Matth. 27, 63. p. 417. & ad Marc. 8, 31. p. 482. Notum quoque, quod alias Atticis μεθ' ἡμέραν non

non significet *post diem*, sed *in die*, *interdiu*. Ita ARISTOPHANES Plut. v. 931.

ὄιμοι τάλας, ἀποδύομαι μεθ' ἡμέραν.
Heu miser, vestibus sp lior interdiu!

Ubi SCHOLIASTES: Μεθ' ἡμέραν, ἀντὶ τȣ̃ ἐν ἡμέρα. Ἀττικὸν τὸ σχῆμα. Μεθ' ἡμέραν γάρ φασιν, ȣ̓κ ἐν ἡμέρα. Μεθ' ἡμέραν pro ἐν ἡμέρα. *Attica loquendi ratio.* Μεθ' ἡμέραν *enim dicunt*, *non* ἐν ἡμέρα. Eadem inde repetit PHAVORINUS. Huc etiam respicit SUIDAS in Μεθ' ἡμέραν. Vid. & ÆLIANUM Var. Lib. II. c. 11. & Lib. XIII. c. 16. & ALCIPHRONEM Lib. II. Ep. 4. p. 252. & quæ ibi ex DEMOSTHENE noCl. BERGLERUS. ברגלי ad pedes, Deut. 11 6. Jud. 8, 5. בתוך in medio, Gen. 42, 5. Jos. 22, 31.

Μήτηρ, mater, it. urbs, in qua aliquis natus est, it. populus. אם Gen. 2, 24. Jud. 5, 7. & alibi sæpius de matre. Jer. 15, 8. ἐπήγαγον ἐπὶ τὴν μητέρα νεανίσκȣ ταλαιπωρίαν, *adduxi super matrem juvenis miseriam.* Quæ hic μήτηρ dicitur, statim *urbs* vocatur, & intelligitur *Hierosolyma*, cujus incolas etiam τέκνα, *liberos* ejus appellat Christus Matth. 23, 37. Sic & Jer. 50, 12. ad Babylonios de urbe, in qua nati erant: ἐνετράπη ἡ τεκȣ̃σα ὑμᾶς μήτηρ, *pudefacta est, quæ vos peperit, mater.* Similiter urbes, in quibus nati erant, *matres* vocabant Græci. Sic enim PINDARUS sub init. Isthmior. urbem, in qua natus erat, ita alloquitur:

Μάτερ ἐμὰ, τὸ τεὸν, χρύσασπι Θήβα,
Πρᾶγμα κ̀ ἀσχολίας ὑπέρτερον θήσομαι.
Mater mea, aureo clypeo insignis Theba
Ponam tuum negotium vel ante occupationem meam.

Taceo alia eam in rem loca jam observata Cl. ELSNERO ad Gal. 4, 26. p. 193. Sic & Roma CLAUDIANO de II. Cons. Stilic. audit

Mater Regumque Ducumque,

& Agrippæ proinde, inter eos duces haut infimi, *mater* dicebatur MANILIO Lib. I. ubi ita:

Et Cato fortunæ victor, matrisque sub armis
Miles Agrippa suæ.

Vid. SPANHEMIUM de Us. & Præst. Numism. Diss. VII. p. 642. sq. & conf. LAMPIUM in Psalm. 45. p. 560. & WOLFIUM ad Gal. l. c. p. 764. Es. 50. 1. ποῖον τὸ βιβλίον τȣ̃ ἀποστασίȣ τῆς μητρὸς ὑμῶν; *qualis est libellus repudii matris vestræ*, h. e. populi vestri? Conf. VITRINGA ad h. l. p. 603. b. אשה foemina, Ef. 45, 10. בן אשה filius fœminæ, 2. Par. 2, 14. רחם matrix, Amos. 1, 11.

EX

EX LITERA N.

Νεώτερ@, comparat. junior, it. juvenis. ילד puer, 2 Par. 10, 14. נער Jud. 8, 20 ἐφοβήθη, ὅτι νεώτερ@ ἦν, *timebat, quoniam juvenis erat.* Pſalm 148, 12. πρεσβύτεροι μετὰ νεωτέρων, *ſenes cum juvenibus.* Sic & Attici νεώτερον non ſolum *juniorem*, ſed etiam *juvenem* appellabant. HESYCHIUS: Νεώτερον, ὀ μόνον συγκριτικῶς, ἀλλὰ καὶ νέον Ἀττικοί. Νεώτερον, *non ſolum in comparativo juniorem, ſed etiam juvenem Attici appellant.* Et κουρότεροι Poëtis ſunt *juvenes.* APOLLONIUS Argon. L. II. v. 261.

Αἶψα δὲ κουρότεροι πεπονήατο δαῖτα γέροντι.

Statim vero juvenes parabant prandium ſeni.

Ubi SCHOLIASTES: Κουρότεροι, τὸ συγκριτικὸν ἀντὶ τοῦ ἀπολελυμένου κεῖται τὸ κοῦροι. Καὶ ἡμεῖς πολλάκις λέγομεν νεώτεροί εἰσιν, ἀντὶ τοῦ νέοι. Καὶ παρὰ τῷ Ποιητῇ δεξιτερὴν ἕλε χεῖρα, ἀντὶ τοῦ δεξιάν. Κουρότεροι. *Comparativus pro poſitivo* κοῦροι *ponitur. Et nos ſæpe dicimus* νεώτεροί εἰσι, *pro* νέοι, juvenes *ſunt. Et apud Poëtam* δεξιτερὴν ἕλε χεῖρα *pro* δεξιάν, dextram *prehendit manum.* HESYCHIUS: Κουροτέροισι, κούροις, νέοις. Κουροτέροισι, *adoleſcentibus, juvenibus.* צעיר parvus, Gen. 19, 31. Job. 32, 6. קטן parvus, Gen. 9, 24. 29, 16. 42, 13.

Νόμ@, lex, mandatum, præceptum, verbum, it. canticum, pſalmus. דבר verbum, Pſalm. 118, 57. 104. Sic de *verbo Dei* vox legitur Matth. 5, 18. 1. Cor. 14, 21. Et apud HESYCHIUM νόμ@ inter alia exponitur λόγ@, *verbum.* דת Eſth. 1, 8. 13. 3, 8. חק Joſ. 24, 25. חקה Exod. 12, 43. מוסר caſtigatio, Prov. 1, 8. מצוה præceptum, Prov. 6, 20. משפט judicium, Jer. 49, 11. עם populus, Pſalm. 58, 11. פה os, Prov. 24, 7. פתגם decretum, Eſth. 1, 20. שירה canticum, Deut. 32, 46. ἐλάλησε πάντας τοὺς λόγους τοῦ νόμου τούτου, *loquebatur omnia verba hujus cantici.* Eodem ſenſu vocem occurrere puto Joh. 10, 34. οὐκ ἔστι γεγραμμένον ἐν τῷ νόμῳ ὑμῶν· Ἐγὼ εἶπα, θεοί ἐστε; *nonne ſcriptum eſt in cantico veſtro: Ego dixi, dii eſtis?* Et Joh. 12, 34. ἡμεῖς ἠκούσαμεν ἐκ τοῦ νόμου, ὅτι ὁ χριστὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα. *Nos audivimus ex Pſalmo, quod Chriſtus maneat in æternum.* Et Joh. 15, 25. ἵνα πληρωθῇ ὁ λόγ@ ὁ γεγραμμέν@ ἐν τῷ νόμῳ αὐτῶν· ὅτι ἐμίσησάν με δωρεάν, *ut impleatur verbum ſcriptum in Pſalmo illorum: oderunt me immerito.* Nam verba hic adducuntur ex Pſalm. 81, 6. 9, 7. & 34, 22. Sic profani etiam *cantilenas, hymnos, odas,* eo nomine vocarunt. PHAVORINUS: Νόμους οἱ παλαιοὶ τὰς ᾠδὰς ἔλεγον. Εὐριπίδης· αἱ δ' αἱ κατάρχομαι νόμων βακχείων. Νόμους *antiqui cantilenas* voca-

vocarunt. Euripides: Heu! heu! incipio cantilenas Bacchicas. Verba extant in EURIPIDIS Hecub. v.684. CALLIMACHUS Hymn. in Del. v.304.

Οἱ μὲν ὑπαείδουσι νόμον Λυκίοιο γέροντος,
Ὅν τοι ἀπὸ Ξάνθοιο θεοπρόπος ἤγαγεν Ὠλήν.
Hi quidem succinunt canticum Lycii senis,
Quem a Xantho fatiloquus adduxit Olen.

Ubi SCHOLIASTES *νόμον* interpretatur *ὕμνον*, *canticum*, *Ὠλὴν γάρ τις*, inquit, *Λύκιος εὗρε τὸν ὕμνον τοῦτον. Olen enim aliquis Lycius invenit hoc canticum.* Ad eundem locum THEOGNIDEM etiam *νόμον* pro *cantico* usurpasse observat Eruditissima ANNA, FABRI filia. Sic & PHILOSTRATUS de Vit. Sophist. L. II. p. 620. de Hippodromo: *Ἄδονται δὲ αὐτοῦ καὶ Λυρικοὶ νόμοι*, h. e. vertente Eruditissimo OLEARIO, *canuntur etiam ipsius hymni in Deos genere Lyrico.* Et PLUTARCHUS de Musica p. 1133. de Olympo, Marsyæ discipulo: *πεποιηκότος εἰς τοὺς Θεοὺς τοὺς νόμους, qui in Deos hymnos fecit.* Ibidem *αὐλητικὸς νόμος εἰς Ἀπόλλωνα* est *ad tibiam hymnus in Apollinem.* Unde SCHOLIASTES ARISTOPHANIS in Equ v. 9. *Νόμοι δὲ καλοῦνται οἱ εἰς θεοὺς ὕμνοι. Νόμοι autem vocantur hymni in Deos.* Plura eam in rem vide apud ill. SPANHEMIUM Observ. in CALLIMACH. p. 510. ubi etiam ex PLATONE hymnos *νόμους* dictos esse docet, quod certis legibus fuerint adstructi. Quæ appellationis ratio magis placet, quam illa, quam ARISTOTELES dedit Problem. XIX. 28 ubi quærit: *Διατί νόμοι καλοῦνται οὓς ᾄδουσιν; Quare νόμοι vocantur cantilenæ?* & respondet: *Ἢ ὅτι πρὶν ἐπίστασθαι γράμματα ᾖδον τοὺς νόμους, ὅπως μὴ ἐπιλάθωνται, ὥσπερ ἐν Ἀγαθύρσοις ἔτι εἰώθασι; An quod homines, priusquam literas scirent, leges cantabant, ne eas oblivioni mandarent? quod etiam nostra ætate Agathyrsis in more est.* שם nomen, Jer. 23, 27. תורה 2. Reg. 7, 19. *οὗτος δὲ ὁ νόμος τοῦ ἀνθρώπου, hæc vero consuetudo hominis* SUIDAS: *Νόμος, θεσμός, συνήθεια. Νόμος. lex, consuetudo.* Conf. ÆLIAN. Var. Lib. XI. c. 8. Sic & *νομίζειν* Græcis aliquando notat *in more habere*, *consuetudinem tenere.* HERODOTUS Lib. I. c. 215. *σαγάρεις νομίζοντες ἔχειν, pugiones e more gestantes.* Vide & PHAVORINUM in v. *Νομίζοντες*, & conf. quæ ex aliis observat Eruditissimus ELSNERUS ad Act. 16, 13. p. 431. Psalm. 1, 2. *ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ, in lege Domini delectatio ejus.* מורה metus, *Sym.* Psalm. 9, 21. נורא niph. à ירא metuor, *Sym.* Psalm. 129, 4. *νόμος.*

Νομός, regio, præfectura, tractus, provincia. ממלכה regnum, Es. 19, 2. *πόλις ἐπὶ πόλιν, καὶ νομὸς ἐπὶ νομὸν, civitas adversus*

τριῶν νομῶν τῶν προστιθεμένων αὐτῇ ἀπὸ τῆς Σαμαρείτιδ☉ καὶ Γαλιλαίας· *a tribus præfecturis, quæ additæ sunt illi* (Judææ) *ex Samaria & Galilæa.* Vid, & v. 38. 1. Macc. 11, 34. 57. 3. Macc. 4, 3. & conf. IOSEPHUM Antiqu. XIII, 4. p. 644. & XII, 5. p. 646. In plerisque Codd. apud LXX. & in libris Maccabæor. locc. citt. pro νομὸς scribitur νόμος, παροξυτόνως. Sic etiam apud PAUSANIAM Lib. I. c. 7. sub fin. Et SUIDAS: Νόμ☉ καὶ χώρα διὰ τὸ ἕκαςον ἔθν☉ ἰδίοις νόμοις χρῆσθαι. Νόμ☉ *etiam regionem significat; quia unaquæque gens suis utitur legibus.* Et HESYCHIUS: Νομάρχης, ὁ νόμων ἄρχων, νόμους δὲ λέγουσι τὰ μεγάλα χωρία. Νομάρχης, *qui* νόμοις *præest.* νόμους *vero vocabant magnas regiones.* Sed in nova Edit. τῶν ὁ. GRABIO-BREITINGERIANA rectius scribitur νομὸς, ὀξυτόνως. Sic passim etiam apud alios, DIODORUS SICULUS Lib. I. p. 66. τῆς Αἰγύπτου δὲ πάσης εἰς πλείω μέρη διῃρημένης (ὧν ἕκαςον κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν διάλεκτον ὀνομάζεται νομὸς) ἐφ' ἑκάςῳ τέτακται νομάρχης. *Cum autem tota Ægyptus in plures divisa sit partes, (quarum unaquæque juxta Græcorum linguam* νομὸς *vocatur) suus unicuique gubernator* vel *prætor præfectus est.* Taceo alia HERODOTI & STRABONIS loca observata Ven. RAPHELIO Annot. ex HERODOT. in Script. p. 46. Conf. & MARSHAMUM Can. Chron. p. 539.

EX LITERA Ξ.

Ξεςὸς, lævis, politus, sculptus. גזית cæsura. *Al.* 1. Par. 22, 2. λίθους ξεςοὺς, *lapides sculptos.* Amos. 5, 11. οἴκους ξεςοὺς, *domus sculptas*, h. e. ex sculptis lapidibus ædificatas. Gloss. MS. in Proph. Ξεςοὺς, ἐνταῦθα γλυπτοὺς θεοὺς Ξεςοὺς, *ibi sculptos Deos* vocat. In iisdem sequitur: Ξεςοὺς, γλυπτοὺς λίθους. Ξεςοὺς, *sculptos lapides.* Vid. & 1. Macc. 13, 27. HESYCHIUS: Ξεςὴν, ἐξεσμένην·

Παρὰ δὲ ξεςὴν ἐτάνυσσε τράπεζαν.

Λέγει δὲ καὶ συνθέτως ἐυξέςησεν, ἐλάτησεν. (leg. ἐυξέςησιν, ἐλάτησιν.) Ξεςὴν, *politam.* (Homer. Odyss. η. v. 174)

Juxta autem politam (ξεςὴν) *extendit mensam.*

Dicit vero & in composito ἐυξέςησιν, *bene politis.* Idem: Ξεςὸν, γλυπτὸν, λεῖον ποιητόν. (Sic enim sine distinctione procul dubio legend. pro λεῖον, ποιητόν.) Ξεςὸν, *sculptum, læve factum.* Idem post v. Ξενίζουσα· Ξεςὸς, ὡμαλισμέν☉, ἐξεσμέν☉. Ξεςὸς, *lævatus, sculptus.*

Ξύλον, lignum, trabs, truncus, cippus, nervus, ſive lignum, quo captivorum pedes conſtringebantur, it. arbor. אע Chald. Eſd. 5, 8. ארז oedrus, 3. Reg. 5, 6. ארצ terra, 2. Par. 7, 13. ברוש cupreſſus, Eſ. 14, 8. גן hortus, Jer. 31, 12. זנב cauda, Eſ. 7, 4. סר cippus, Job. 33, 11. ἔθετο δὲ ἐν ξύλῳ μȣ τὸν πόδα. *Latinus* vertit: *poſuit in nervo pedes meos. Sym.* Job. 13, 27. ξύλον ἑιρκτῆς, *lignum carceris.* Sic & Athenienſes *lignum* in carcere, quo captivorum pedes conſtringebantur, ξύλον vocabant. Vide SALMASIUM de Mod. Uſur. p. 812. ſq. GROTIUM & ELSNERUM ad Act. 16, 24. & quæ ex HERODOTO ad h. l. notat RAPHELIUS p. 375. Adde Cl. HEMSTERHUIS not. ad POLLUC. L. VIII. c. 7. p. 897. Idem lignum antea ποδοκάκη dicebatur. LYSIAS Orat. 9. p. 128. ἡ ποδοκάκη ἅυτη ἐςὶν, ὦ Θεόμνηςε, ὃ νῦν καλεῖ ἐν τῷ ξύλῳ δεδέσθαι. Ποδοκάκη, *Theomneſte, eſt, quod nunc vocat* (lex) *ligno vinciri.* Conf. aliquando v. Ποδοκάκη. Dicitur Græcis V. T. Interpretibus etiam καταῤῥάκτη, κώλυμα, ξυλοπέδη, & ςρεβλωτήριον, de quibus alibi aliquando ſ. l. PLAUTO *lignea cuſtodia* vocatur. עץ Gen. 1, 29. πᾶν ξύλον ὃ ἔχει ἐν ἑαυτῷ καρπὸν, *omnis arbor, quæ habet in ſe fructum.* Gen. 2, 9. ξύλον τῆς ζωῆς, *arborem vitæ.* Eccleſ. 2, 5. ἐφύτευσα ἐν αὐτοῖς ξύλον πᾶν καρπȣ̃, *plantavi in illis* (hortis) *arbores omnis generis fructiferas.* Sic apud Græcos ſcriptores ξύλον ſæpius pro *arbore* ſumitur. Vid. præter Auctores, Cel. WOLFIO ad Apoc. 21, 2. p. 613. citatos, HORATIUM VITRINGA Anim dv. ad VORST. p. 213. ſq. OUTHOVIUM in Bibl. Brem. Cl. I. p. 450 ſq IAC. HASÆUM in ead. Bibl. Cl. VII. p. 812. GEORGIUM Vindic. N. T. ab Ebraïſm. L. II. c. 1. §. 27. p. 69. SCHWARTZIUM Comm. Crit. Gr. L. N. F. p. 957. Eodem ſenſu *lignum* uſurpatur HORATIO L. II. Od. 13.

Agro qui ſtatuit meo
Te triſte lignum; te caducum
In Domini caput immerentis.

עצה fœm. Jer. 6, 6. עצם os (forte legerunt עצ) Prov. 12, 4. צלע trabs, 3. Reg. 6, 15. רתם juniperus, Job. 30, 5. ῥίζαν ξύλων, *radicem arborum.* Perperam hic *radices goſſypii* intelligit IS. VOSSIUS de LXX. Int. p. 63.

EX LITERA O.

Οἰκία, domus, familia. אהל tentorium, Gen. 25, 27. בטן venter, Job. 20, 15. בית Gen. 50, 8. πᾶσα ἡ οἰκία ἡ πατρικὴ αὐτȣ̃,

omnis

omnis familia paterna ejus. Vid. & 1. Par. 12, 28. Jer. 38, 17. ϰ̀ ζώσῃ σου ϰ̀ ἡ οἰκία σου, *& vives tu & familia tua.* Ita & Phil. 4, 22. οἱ ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας, *qui de domo, sive familia Cæsaris sunt.* Et PHILO in Flacc. p. 666. de Agrippa: Εἰ δὲ μὴ βασιλεὺς, ἀλλά τις τῶν ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας, οὐκ ὤφειλε πρoνομίαν τινὰ, ϰ̀ τιμὴν ἔχειν; *si vero Rex non fuisset, sed aliquis ex Cæsaris domo, nonne debuisset prærogativam aliquam & honorem habere.* Sic & Latinis *domus* pro *familia* passim usurpatur. Vid. e. c. SUETONIUM Aug. c. 25.

ὅτι, quod, quia, nam, quapropter, ideo, certe, utique, profecto, sed, quamvis, it. ἐλλειπτικῶς pro τί πρᾶγμά ἐστι vel γέγονε, ὅτι, cur, quare. אך profecto, Gen. 44, 28. εἴπατε, ὅτι θηριόβρωτος ἐγένετο, *dixistis, certe a feris devoratus est.* אכן idem, Gen. 28, 16. ϰ̀ εἶπεν, ὅτι ἐστὶ Κύριος ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, *& dicebat, certe Dominus est in hoc loco.* Conf. quæ postea notata sunt ex 1. Reg. 14, 39. Ita & Matth. 26, 74. τότε ἤρξατο καταναθεματίζειν, ϰ̀ ὀμνύειν, ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον, *tum incipiebat seipsum devovere & jurare*, dicens, *profecto non novi hominem illum.* Eodem sensu particulam ὅτι accipit BEZA Luc. 16, 8. Imo & eodem illam occurrere apud exteros scriptores Græcos, ostendit Cl. GEORGIUS in Vindic. N. T. ab Ebraïsm. L. II. c. 3. §. 21. p. 171. & L. III. c. 3. §. 17. p. 287. אל אודת propter, 2. Reg. 13, 16. אפס כי tantum quia, Deut. 15, 4. ו præfix. Job. 23, 3. כי Psalm. 58. 8. ὅτι τίς ἤκουσε; *nam quis audivit?* Conf. Luc. 10, 13. Es. 49, 18. ζῶ ἐγὼ, λέγει Κύριος, ὅτι πάντας αὐτοὺς ὡς κόσμον ἐνδύσῃ, *vivo ego, inquit Dominus, omnes illos tanquam ornatum indues.* Hic ὅτι non minus ac Hebr. כי redundat, ut 3 Reg. 1, 13. & alibi sæpius. Conf. Gen. 14, 23. & 20, 2. ubi nihil pro ὅτι in textu Hebr. legitur. Sic passim apud profanos παρέλκει. Vid. Auctores laudatos B. WOLFIO ad Matth. 9, 18. p. 169. ad Marc. 1, 37. p. 433. ad Marc. 8, 16. p. 479. & ad Act. 27. 10. p. 1367. sq. Psalm. 36, 20. ὅτι οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπολοῦνται, *sed peccatores peribunt.* Vid. & Jud. 1, 19. Es. 2, 6. & conf. laudatum modo WOLFIUM ad Marc. 9, 10. p. 484. Jud. 15, 3. ἠθῷωμαι ϰ̀ τὸ ἅπαξ ἀπὸ ἀλλοφύλων, ὅτι ποιῶ ἐγὼ μετ᾽ αὐτῶν πονηρίαν, *innocens sum & hoc tempore ab alienigenis, quapropter eos male tractabo.* 1. Reg. 2, 25. ὅτι βουλόμενος ἐβούλετο Κύριος διαφθεῖραι αὐτοὺς, *ideo volens volebat Dominus perdere illos.* Vid. & Es. 10, 23. & conf. Luc. 7, 47. & ad h. l. WOLFIUM p. 638. 1. Reg. 14, 39. ὅτι ζῇ Κύριος ὁ σώσας τὸν Ἰσραὴλ, *certe vivit Dominus, qui servat Israëlem.* Exod. 13, 17. οὐχ ὡδήγησεν

γησεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς ὁδὸν γῆς Φυλιστιεὶμ, ὅτι ἐγγὺς ἦν, *non duxit illos Deus via terræ Philistæorum, quamvis propinqua esset.* Conf. Luc. 23, 40. & GLASSII Philol. Sacr. L. III. Tr. 7. can. 13. p. 112. sq. למה quare, 1. Par. 17, 6. ὅτι οὐκ ᾠκοδομήσατέ μοι οἶκον κέδρινον; *quare non ædificastis mihi domum cedrinam?* Conf. Marc. 9, 11. 28. Hic ὅτι dicitur pro τί γέγονεν vel ἐστὶ, ὅτι, & alias LXX pro illo habent τί ὅτι. Vid. Ef. 50, 2. 58, 3. & conf. LAMB. BOS Ellipf. p. 259. Sæpe vero etiam profanis ὅτι interrogative usurpatur. Vide MOS. SOLANUM de Stil. N. T. in Synt. RHENFERD. p. 100. PFOCHENIUM de Græc. L. N. T. Purit. §. 72. HORAT. VITRINGA Animadv. ad *Vorst.* p. 226. sq. IO. ALBERTI Observ. ad Matth. 26, 10. p. 151. & RAPHELIUM Annot. ex ARRIANO ad Marc. l. c. p. 138. & ex HERODOTO p. 202. sq. על דבר propter rem, Deut. 22, 24. עקב Num. 14, 24.

EX LITERA Π.

Παραδίδωμι, trado, dedo, permitto alicujus potestati. אנה pih. obvenire facio, Exod. 21, 13. בוא venio, Prov. 11, 8. הגיר hiph. à נגר facio diffluere, Psalm. 62, 9. הכה hiph. à נכה percutio, Num. 32. 4. הלשין hiph. lingua offendo, calumnior, Prov. 30, 11. המציא hiph. invenire facio, Zach. 11, 6. הניח hiph. à נוח colloco, Psalm. 118, 120. μὴ παραδῷς με τοῖς ἀδικοῦσί με, *ne tradas me illis*, h. e. ne venire me patiaris in potestatem illorum, *qui me injuria afficiunt.* Conf. Sir. 23, 5. הסגיר hiph. concludo, Deut. 23, 15. οὐ παραδώσεις παῖδα τῷ Κυρίῳ αὐτοῦ, *non trades servum Domino suo.* Job. 16, 11. παρέδωκε γάρ με ὁ Κύριος εἰς χεῖρας ἀδίκων, *tradidit enim me Dominus in manus injustorum*, h. e. permisit Dominus, ut in potestatem injustorum venirem. Ita Rom. 1, 28. παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς εἰς ἀδόκιμον νοῦν, *tradidit illos Deus in mentem perversam*, h. e. permisit Deus, ut magis magisque procederent in insulsis suis ratiociniis, quibus se dederant. Vide B. WOLFIUM ad h. l. p. 32. Sic & CHRYSOSTOMUS, & alii Patres τὸ παρέδωκε Rom. 1, 24. per εἴασε, *permisit*, interpretati sunt. Et apud SUIDAM παρέδωκεν exponitur συνεχώρησεν, *permisit*, procul dubio ex THEODORETO ad Rom. l. c. ubi ita: τὸ παρέδωκεν ἀντὶ τοῦ συνεχώρησε τέθεικε. Conf. & Act. 7, 42. Psalm. 77, 53. παρέδωκεν εἰς χάλαζαν τὰ κτήνη αὐτῶν, *tradidit grandini jumenta illorum.* הערה hiph. effundo, Ef. 53, 12. παρεδόθη εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, *tradita est in mortem anima ejus.* הקרה hiph. obve-

obvenire facio, Gen. 27, 20. ὁ παρέδωκε Κύριος ὁ Θεός σου ἐναντίον σου, *quod obvenire mihi fecit Dominus Deus tuus.* השלים hiph. perficio, Ef. 38, 13. חלק divido, Ef. 33, 23. יד אל in manum, Efth. 2, 3. יהב Chald. do, Dan. 3, 29. ירד defcendo, Deut. 20, 20. כלא claudo, Pfalm. 87, 9. לוט operio, Ef. 25, 7. מוג pih. à מוג liquefacio, Ef. 64. 7. מגן pih. Gen. 14, 20. מכר vendo, Neh. 5, 8. מנה numero, Ef. 65, 11. נזר corona, (hic forte legerunt vocem ea ratione punctatam, qua fignificat *feparo.*) Prov. 27, 24. נתן Jud. 2, 14. παρέδωκεν αὐτοὺς ἐν χειρὶ προνομευόντων, *tradidit illos in manum diripientium.* Vid. & Jud. 3, 10. 4, 7. 14. 6, 1. & conf. 1. Macc. 5, 51.. 1 Reg. 11, 12. παράδος τοὺς ἄνδρας, καὶ θανατώσομεν αὐτοὺς, *trade viros, ut occidamus illos.* 2. Par. 32, 11. τοῦ παραδοῦναι ὑμᾶς εἰς θάνατον καὶ λιμὸν, *ut tradat vos morti & fami.* Sic & apud profanos paffim cum præpofitione εἰς conftruitur. Vid. Cl. GEORGII Vindic. N. T. ab Ebr. L. III. c. 4. §. 18. p. 328. Pfalm. 117, 18. τῷ θανάτῳ οὐ παρέδωκέ με, *morti me non tradidit.* סכר pih. concludo, Ef. 19. 4. פגע: הפגיע Kal. & hiph. incurro, incurrere facio, Ef. 47, 3. οὐκέτι μὴ παραδῶ ἀνθρώποις, *nequaquam ultra tradam hominibus.* Ef. 53, 6. Κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, *Deus tradidit illum peccatis noftris.* Ef. 53, 12. διὰ τὰς ἀνομίας αὐτῶν παρεδόθη (fc. εἰς θάνατον, quod modo ante additur.) *propter iniquitates eorum traditus eft in mortem.* Conf. Rom. 4, 25. קדמה antiquitas, Ef. 23, 7. רמה pih. decipio, 1. Par. 12, 17. τοῦ παραδοῦναί με τοῖς ἐχθροῖς μου, *ad tradendum me inimicis meis.* שוה pih. pono, Ef. 38, 13. תנה mercede conduco, (hic legerunt נתן) Of. 8, 10. תקע figo, it. plaudo, Prov. 6, 1.

Οὐ παραδίδωμι fc. ἐμαυτὸν, non dedo me. השלים hiph. pacem facio, Jof. 11, 19. οὐκ ἦν πόλις, ἥτις οὐ παρέδωκε (fc. ἑαυτὴν) τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ. *non erat urbs, quæ fe non dedebat filiis Ifraël.* Conf. LAMB. BOS Ellipf. Græc. p. 58. & quæ ex HERODOTO affert Cl. BATTIERIUS in Bibl. Brem. Cl. 6. p. 86.

Παραδίδωμι τὸν καρπὸν, fructum trado. fructum fero, offero. פרח floreo, *Al.* Hab. 3, 16. ὅτι ἡ συκῆ οὐ μὴ παραδῷ τὸν καρπὸν, *quoniam ficus neutiquam offeret fructum.* LXX. οὐ καρποφορήσει. Alias fructus ipfe παραδιδόναι fc. ἑαυτὸν dicitur. Marc. 4, 29. ὅταν δὲ παραδῷ (ἑαυτὸν) ὁ καρπὸς, *quum fe obtulerit fructus.* Conf. ad h. l. WOLFIUM p. 452. & BATTIERIUM in Bibl. Brem. Cl. VI. p. 85. fq.

Πρῶτος, primus, præcipuus, præstantissimus, antiquus, it. orientalis. אחר: אחת unus, una, Gen. 8, 5. Dan. 9, 1. אחר alius, 2 Reg. 13, 16. ארכי longus, longo usu probatus. (conf. aliquando, quæ notavi in v. Ἀρχιεταῖρος.) 1. Par. 27, 33. πρῶτος φίλος τοῦ βασιλέως, *præcipuus amicus regis.* Alia loca, quibus vox eo sensu legitur, vide in h. v. post Hebr. ראש. Eodem sensu Græci profani πρῶτος, & Latini *primus* usurpant. Vide GROTIUM & LAMPIUM ad Joh. 1, 15. הם pron. plur. illi, 2 Reg. 16, 23. לפנים plur. ad faciem, Job. 42, 11. ὅσοι ᾔδεισαν αὐτὸν ἐκ πρώτου sc. χρόνου, *quotquot noverant illum inde a primo tempore.* קדם antrorsum, Job. 23, 8. εἰς γὰρ πρῶτα (sc. μέρη) πορεύσομαι, *ad primas enim partes* h. e. ad orientem *ibo.* Conf. quæ mox notavi ex Joel. 2, 20. & Zach. 14, 8. *Sym.* Gen. 2, 8. ἐκ πρώτης. DRUSIUS in Fragm. Int. Græc. p. 6. subintelligendum putat ἀρχῆς, aut aliquid tale. *Theod.* Gen. l. c. ἐν πρώτοις sc. χρόνοις, *primis temporibus*, ut pariter exponit DRUSIUS l. c. sive *initio.* Conf. quæ postea notavi ex Jos. 8, 33. קדמה cum ה locali, versus orientem, Num. 2, 3. קדמוני anterior, Joel. 2, 20. εἰς τὴν θάλασσαν τὴν πρώτην, *ad mare anterius* h. e. orientale. Vid. & Zach. 14, 8. & conf. FESSELII Advers. Sacr. Lib. VII. c. 7. p. 203. Gloss. MS. in Proph. Εἰς τὴν θάλασσαν τὴν πρώτην, τουτέστιν εἰς ἀνατολὰς, *hoc est in orientem.* קדמיתא Chald. fœm. prior, Dan. 7, 4. ראש caput, 1 Reg. 9, 22. ἔθετο αὐτοῖς τόπον ἐν πρώτοις τῶν κεκλημένων, *dedit illis locum inter præcipuos, qui vocati erant.* 1. Par. 11, 11. πρῶτος τῶν τριάκοντα, *præcipuus inter triginta.* Neh. 12, 45. πρῶτος τῶν ᾀδόντων, *præcipuus canentium.* Conf. Act. 28, 17. & 1. Tim. 1, 15. 2 Par. 26, 20. ἱερεὺς ὁ πρῶτος, *sacerdos summus.* Vid. & Esd. 7, 4. Jer. 52, 21. Ezech. 27, 22. μετὰ πρώτων ἡδυσμάτων, *cum aromatibus præstantissimis.* Conf. quæ sub fin. hujus vocis notavi ex Amos. 6, 6. ראשון: ראשנה masc. & fœm. Gen. 33, 2. ἐποίησε τὰς δύο παιδίσκας καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτῶν ἐν πρώτοις sc. μέρεσι, *collocabat duas ancillas & filios illorum in primis partibus, in primo loco.* Deut. 13, 9. ἡ χείρ σου ἔσαι ἐπ' αὐτῷ ἐν πρώτοις (sc. χρόνοις) ἀποκτεῖναι αὐτὸν, καὶ αἱ χεῖρες παντὸς τοῦ λαοῦ ἐπ' ἐσχάτῳ sc. χρόνῳ, *& manus tua erit super illum primis temporibus* vel *initio, & manus totius populi postremo.* Vid. & Deut. 17, 7. 3 Reg. 17, 13. Neh. 7, 5. Prov. 20, 21. Jos. 8, 33. καθότι ἐνετείλατο Μωϋσῆς ὁ θεράπων Κυρίου εὐλογῆσαι τὸν λαὸν ἐν πρώτοις sc. χρόνοις, *quemadmodum Moses minister Domini præceperat, ut benedicerent populo, ab initio.* 2 Reg. 20, 18. λόγον ἐλάλησαν ἐν πρώτοις sc.

χρό-

χρόνοις, *proverbium habebant primis*, vel *antiquis temporibus*, *olim*. 2 Reg. 21, 9. ἐθανατώθησαν ἐν ἡμέραις θερισμȢ ἐν πρώτοις, ἐν ἀρχῇ θερισμȢ κριθῶν, *occidebantur diebus messis initio*, *in principio messis hordeaceæ*. 3 Reg. 20, 9. πάντα, ὅσα ἀπέσταλκας πρὸς τὸν δȢλόν σȢ ἐν πρώτοις, ποιήσω, *omnia*, *quæ initio significasti*, *faciam*. Conf. Sir. 4, 18. Ita 1. Cor. 15, 3. παρέδωκα γὰρ ὑμῖν ἐν πρώτοις, ὃ καὶ παρέλαβον, *tradidi enim vobis ab initio*, *quod & accepi*. Conf. v. 1. Unde bene etiam verba ad tempus refert CHRYSOSTOMUS. Τοσαῦτα, inquit, λέγει τὸν χρόνον παράγων μάρτυρα, καὶ ὅτι ἐσχάτης ἦν αἰσχύνης, τοσȢτον χρόνον πεισθέντας νῦν μετατίθεσθαι. *Hec dicit ipsum tempus in testimonium advocans*, *quodque turpissimum esset*, *tanto jam tempore illa re persuasos animum nunc demum mutare*. 1 Par. 11, 6. πᾶς τύπτων ἰεβȢσαῖον ἐν πρώτοις, *quicunque percusserit Jebusæum primus*. Ibid. καὶ ἀνέβη ἐπ' αὐτὴν ἐν πρώτοις ἰωάβ, *& ascendit primus contra illam Joabus*. Vid. & 3 Reg. 20, 17. Job. 15, 7. μὴ πρῶτος ἀνθρώπων ἐγενήθης; *num primus hominum natus es*? Potest etiam hic positivus πρῶτος accipi pro comparativo πρότερος, & subaudiri præpositio πρό. Conf. LAMB. BOS Ellipf. Græc. p. 355. Et sic verba ita reddenda sunt: *Num prius quam homines*, vel *ante homines natus es?* Sic etiam verba accepit Cl. RELANDUS Antiqu. Hebr. P. IV. c. 3. §. 3. p. 395. Conf. 2 Reg. 19, 20. ubi pro verbis: πρότερος παντὸς ὄικȢ ἰωσὴφ, *alii habent*: πρῶτος παντὸς ὄικȢ ἰωσὴφ, *prior universa domo Josephi*. Conf. Joh. 1, 15. Joh. 15, 18. GATAKERUM de Stil. N. T. c. 25. & ERASMUM SCHMIDIUM ad Luc. 2, 2. Similiter adverbium πρῶτον pro πρότερον usurpat ARISTOPHANES in Av. v. 484.

Ἦρχε τε Περσῶν πρῶτον πάντων.
Imperabatque Persis prior omnibus, vel *ante omnes*.

ראשונית fœm. Jer. 25, 1. ראשית initium, Amos. 6, 6. τὰ πρῶτα μῦρα χριόμενοι, *præstantissimis unguentis se ungentes*. שלישי tertius, Esth. 8, 9. Sir. 45, 28. ἄρτον ἐν πρώτοις ἡτοίμασε πλησμονὴν, *panem in primis paravit ad satietatem*.

EX LITERA P.

Ῥαιφάν, Ræphan, nomen idoli. כיון Chiun, Amos. 5, 26. Cum כיון juxta ABEN-EZRAM, & KIMCHIUM sit Saturnus, aliique etiam Saturnum Κύων & *Ciun* appellatum esse doceant, & *Rephan* præterea pro *Saturno* hodie in usu sit inter Cophitas, quorum lingua

